



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Ivsta Reipvb. Christianæ In Reges Impios Et  
Haereticos Avthoritate: Iustissimaque Catholicorum ad  
Henricum Nauarræum & quemcunque hæreticum à regno  
Galliæ repellendum confœderatione ; Liber**

**Rainolds, William**

**Antverpiae, 1592**

Capvt X. Nauarræum est hæreticum relapsum, cui millies interposito iuramento Catholocis aliquit promittenti nunquam est credendum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63183](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63183)

morti & passioni, & Catholicae Ecclesiae, & omnibus  
 Ecclesiae sacramentis bellum nefarium indicunt, &  
 multos iam annos gesserunt. Denique si in vnum  
 colligeritis omnes causas & singulas propter quas  
 Carolus Martellus contra Saracenos, Pipinus contra  
 Logobardos, Carolus Magnus contra eosdem, & rursus  
 contra Saracenos, Machabei contra Antiochum, Graeci  
 contra Anastasium & Basiliscum, alij vel reges vel subditi  
 contra reges haereticos dimicauerunt, eas omnes plene &  
 tamulate, & cum magna etiam redudantia in hoc  
 vestro contra Navarraum & eius Hugonotas bello  
 reperietis. Pace ergo, si quam cum istis & eorum  
 duce feceritis, nulla potest esse turpior, nulla magis  
 infamis & dedecorosa. Bellum autem ut eis infera-  
 tur & ipsa fides Christiana urget, & officium quod  
 Deo, & Ecclesiae, & regno Francorum haecenus  
 Christianissimo debetis, flagitat: eoque bello nul-  
 lum potest esse iustius, nullum sacratius, nullum e-  
 xemplis prophetarum, & pontificum, & Episcopo-  
 rum, & principum, & procerum, in veteri nouoque  
 Testamento, nullum ipsius Dei iussu & praescriptio-  
 ne & per se, & per sacerdotes suos, omnibus saeculis  
 commendatus.

Navarraum esse haereticum relapsum, cui  
 milies interposito iuramento Catholicis ali-  
 quid promittenti non est cre-  
 dendum.

CAPVT X.

1. Caluimiani scriptores quare negant regem Navarraum esse haereticum relapsum, quia nimirum non voluntate sua sed timore adductus Catholicam fidem Parisijs an. 1572. abiurato Caluimino professus est.
2. Refutatur iste eorum error scripturis & doctrina primitiua.



mitiue Ecclesie, & probatur quòd terrore etiam mortificat hereticos ad Catholicam fidem compellere.

3. Nauarræum tamen non vi sed clarissima veritate Catholica demonstratione, sponte sua ad Ecclesiam reuocatum, quod ostenditur ex literis Cardinalis Borbonij ad Pontificem summum, item ex litteris, & edictis, & manifesta ratione ipsius Nauarræi, perspicuisque historia constantibus: & demique ex Catholicis Nauarræi actibus aliquot annos consequentes.

4. Quæ regem Nauarræi à Calvinismo ad Catholicam verè conuersum negant, faciunt eum hypocritam, & verum qui vnquam fuerunt sordidissimum.

5. Conclusio, quòd Nauarræus sit omni modo hereticus, relapsus & pœnis relapsorum incurrit, & propterea dignum inter Christianos, vel aliquod munus publicum ab eis Christianis non potest assumi: de cuius salute esse ad forum conscientie si rursus conuerteretur, Ecclesia speraret, tamen quoad forum ciuile, cum ciuilibus pœnis ceret, & semper longissimè ab omni publico honore & repelleret. Quæ veritas est adeo luculenta, vt eam nec Calvinistæ sint inficiaturi.

6. Nauarræo millies iuranti se aliquid Catholicis prebiturum, non est fidendum: quia Calvinistis omnibus nec proprium est fidem Catholicis datam & iuratam serbare.

7. Hoc vltèrius & fufius probatur, quia nullum habet Deum verum, nullum Christum, nullam omnino religionem per quam iurent.

8. Idem declaratur ex praxi principis Aurangij in Belgio, qui contra fidem sepe iuramentis solennibus firmatam vastauit Ecclesias, & Ecclesiasticos, & omnes Catholicos, fidemque Catholicam ex illis regionibus profugauit.

9. Item ex multiplici periurio Apostata Truchsessi archiepiscopi & principis nuper Coloniensis,



10. Item ex perfidia reginae Angliæ erga regem Hispaniæ, in fouendis contra fœdera & fidem datam rebellionibus Flandrorum.

11. Ex perfidia eiusdem erga Galliarum regem, in fouendo contra fœdera & fidem datam rebellionibus Hugonotarum.

12. Ex inhumani perfidia eiusdem erga reginam Scotiæ, contra quam incredibili impietate notissimos regicidas & rebelles defendit.

13. Idem probatur ex dictis & factis varijs Nauarræ & suorum, qui iam olim protestati sunt se nolle seruare iuramenta & promissa facta Catholicis, neque verò per doctrinam & religionem suam possunt.

14. Absurdissimum est Catholicos Nauarræ & principibus Caluinianis fidere, quibus nec ipsi Caluinistæ fidunt, sed eos habent pro fallacibus & perfidijs.

15. Conclusio, hereticos principes semper fuisse & esse natura Catholicis infidos & infestos, vt nihil possit esse turpius, aut stupidius quàm Catholicos Nauarræ illis aliquid vel cum iuramenti promittenti fidem adiungere.

**H**T hætenus quidem de regibus Christianis, de subditis, de repub. & de Ecclesia, de singulorum potestate & officio, qui sint imperandi & obediendi limites à CHRISTO præstituti, vbi desinit regum potestas, vbi cessat subditorum obedientia, illos ita singulis superiores esse, totique reipub. præesse vt tamen aliquando respub. contra eos insurgere, & suæ securitati atque salutis contra eos, illisque inuitis possit prouidere: & tum reges, tum subditos, tum populum Christianum vniuersum Christo Christi que legibus & Ecclesiæ ita esse subiectum, vt in repub. Christiana cuius pars primaria & principalis est ecclesia, siue fides & status, ecclesia possit magistratum quicumque



cumque civilem quocunque nomine vocetur, de  
 Ducem, siue principem, siue Regem, siue Imperato-  
 rorem, castigare & excommunicare; & denique  
 id Ecclesiæ Christianæ quies & fidei cōseruationem  
 stulat) omnino deponere, Christianisque prece-  
 ne tali magistratui deinceps morem gerant dis-  
 temperent: hæc ut spero satis euidenter docemus  
 & singula commodis atque laudabilibus opera-  
 rum rerumpub. tum ante Christum apud Iudeos  
 gentes, tum post Christum toto orbe Christianis  
 exemplis illustrauimus. Adieci- mus item quædam  
 hæresis hodiernæ quæ auctore Lutero & Caluino  
 per varia Europæ regna & imprimis per Galliam  
 nauit, impietas, horror, & turpitudine: eamque  
 ue veteri Gentilissimo Ethnicorū, siue hodiernis  
 dæorū perfidia & Turcarum Alcoranismo me-  
 rem, propriis & expressis ex hæresis istius natura  
 prædicatione sumptis argumentis conclusimus  
 quo facile est Christiano homini deducere, si  
 hæretici ab Ecclesia damnati iura à maioribus  
 uata in populos & ciuitates Christianas præter  
 ea non magis cōscientias Christianorum obligent  
 quam si Turca aut Iudæus aliquis seriem scripturæ  
 ad principes Christianos referens, propterea Chri-  
 stianos omnes qui maioribus eius paruerunt liberi  
 que iā Iudæo aut Turcæ puter debere esse oblige-  
 tes. Breuiter quod sit Episcoporum, quod Nobilium  
 tatis, quod populi Christiani officium, quem respectu  
 aliquem hæreticum esse Constat ita declarauimus  
 ut absolutum prorsus arbitremur quod de hoc  
 gumento tractandum suscepimus, nisi quidam  
 cti homines nobis obsistentes, vnica obiectione  
 rū aliqua refellere, aut si id nō possunt, saltem  
 torū quæ diximus vim & aciem retūdere cogitauerint.  
 Sed (quæ est eorum vel incōsiderātia, vel fatu-  
 rorum  
 impo-

*Sūma eorū  
 quæ hacten-  
 nus dicta  
 sunt.*



improbi legulei friuolè & pueriliter arguèdo, cau-  
 sam quam defendere simulant corrumpunt, non  
 aliter illi dum ea quæ sunt perspicuè vera negant,  
 commune mendacibus omnibus premium lucrã-  
 tur, vt ne vera quidem dicentibus credatur.  
 i Pluraque eorum, quæ de hæresi & hæresibus  
 diximus, adeo sunt aperta & clara, vt in ijs non so-  
 lum Catholicos omnes omnium ætatum & regio-  
 num, sed etiam hæreticos ipsosq; Calvinistas do-  
 ctiores nobis habeamus suffragantes. Hæreticos  
 carere omni iure in Christianos, Christianos non  
 debere subijci principibus hæreticis, Christianos  
 subditos posse se bello defendere contra tyrannos  
 reges, & si in bello tali moriantur, eos non esse  
 propterea proditores, non perduelles, sed viros  
 bonos, qui in iusto legitimòque bello contra im-  
 pios tyrannos occumbunt, hæc sunt non Catholi-  
 corum modò, sed Calvinistarum quoque dogma-  
 ta & sententiæ fixæ atque receptæ. Quum verò ex  
 his inferimus, non ergo teneri Gallos Catholicos  
 vt Nauarræum quæcunque veterum Gallia regum  
 Catholicorum nomina prætendentem suum regem  
 agnoscant: quum adijcimus deinceps ad ampli-  
 ficandam causæ Catholicorum in eo oppugnando  
 iustitiam, Nauarræum non modò simplicem *Hære-*  
*ticum* esse, vt si hæresim renunciare & reijcere vel-  
 let, tolerabilior eius causa, nec plane omni ad reg-  
 num iure destitutus videri posset, sed *Hæreticum*  
 quoque *relapsum*, hoc est hæreticum duplicem &  
 periarum, qui quum semel per legitimam reconci-  
 liationem, abiurata hæresi, ecclesiæ Catholicæ fuis-  
 set adiunctus, iterum *ad vomitum pristinum reuer- sus est* 2. Pet. 2.4  
*vt canis, & tanquam sus lota ad volutabrum*, quo nomine  
 spiritus sanctus eum tanquam immundum & fæ-  
 dum animal designat, & vnà notat quam absurde  
 Te iuridictio.

*Supra cap. 2. & 9.*

*2. Pet. 2.4*





iurisdictionem aliquam in purum & sanctissimum  
Christi gregem sibi possit arrogare; ita quem vige-

*Supra fol.  
601. 602*

giam Calvinianam postremo quinquennio à mo-  
te Ducis Alençonij inuentam intercedunt, & mo-  
dò Navarræum hæreticum esse negant: quibus

*Supra cap.  
5. §. 8.*

gumentis persuasi superius exposuimus. Quam  
autem vi lent hoc nili perimpudenter dici non po-  
se, nec vllò ingenio aut arte iustineri (si enim vlti-

*Navar. an  
sit hæretic  
relapsus.*

Christo nato fuerant hæretici, tum certum est Ca-  
vinistam quemcumque in summo & supremo gra-  
du hæreticum esse, qui ex omnibus ferè sacra-

rum omnium hæreticis & hærelib. turpissima opo-  
que in suam professionem corrasit) idcirco vlti-  
lecumque ius illi vendicent, saltè *Hæreticum* ip-  
sum esse pernegant, atque ad id docendum firmis

simis se rationibus instructos autumnant. Omnia  
autem eorum longa & permolesta battologia in-  
nicam miserabilem coniecturam & suspitionem

*Apoloz.  
Catholiz.  
part. 2. §.  
Moyens de  
abm. contra  
vultum Pa-  
pe Sixti V.*

redit. Vt (inquiunt) *relapsus* quis dicatur, prius con-  
uersus ab hæresi probeur opus est. At princeps Na-

varræus solo terrore ad Euangelismi negationem  
die illo Bartholomæi adductus, conscientiam mo-

quam habebat recte formatam, nūquam ex animo  
Pontificiam fidem amplexus est. Non est ergo *relap-*

*sus* à fide Pontificia ad Euangelium, qui prius  
Euangelica ad Pontificiam nunquam fuerat lapsus,  
sed Euangelicam semper vt verissimam & Christis-

simam intus in animo infixam seruauit. Ex hoc  
deinceps ad commune hæreticorum vbi sunt in-  
miores (nam in Anglia iamdiu, & nuper in Flan-

quando illic dominabantur Aurangiani, longè  
erat vox Euangelij) præsidium decurrunt, si demum  
posse cogi, sed esse libera cuiusque voluntate susci-  
piendam; nec Christum vnquam compulisse hanc



nes ad fidem, longeq. alio modo Apostolos fidem Christi per orbem terrarum disseminasse. Hæc illi: sed more suo contra Euangelium, contra fidem Christi quoad theologiam, & contra regem Carolum principesque Borbonios quoad historiam crassissime mentiuntur dum honorem vnius Nauarici illæsum seruate conantur: Et tamen reuera eum maxime & contumeliosissime deformant, dum istiusmodi ficulneis vel potius reticulatis operimentis eius turpitudinem toti Europæ patentem velare simulant.

2. Quod autem eos in hac defensione multiplicis mendacij accuso, in eoque istos solenne suum obtinere dico, quorum totum & vnicum ferè in mentiendo præsidium est, id quæmi rectè facio, Christianus lector iudicet. Vereres Donatistæ, hæretici eius tempestatis maxime sanguinarij, quum legibus Imperatorum reprimereantur, ita prorsus vt Calvinistæ cantillabant, fidem esse donum Dei, esse arbitrij liberi, esse sponte assumendam, non vi & terrore imponendam. Sed respondet multis in locis & libris D. Augustinus, quando primùm a fidem natio aliqua conuertenda est, veram esse quod illi ai-bant. Postquam verò populus aliquis fidem Christi & baptismum eius recepit, tum deinceps legibus Imperialibus, vi & terrore posse ad eandem fidem retinendam & hæreses abiiciendas compelli. Vnde doctissime Episcopus ille: *Imitatur* Ecclesia in istis cogendis Dominum suum qui prius neminem coegit, sed expectauit vt de fide regum & gentium, prædicatio prophetica completeretur. Et de hoc item intelligi potest illud beati Pauli vbi dicit, Parati vlcisci omnem inobedientiam quum completa fuerit prior obedientia vestra. Vnde & ipse Dominus ad magnam cenam suam, prius adduci iubet conuictos, postea cogi. Vnde seruis suis dicit:

26

*Supra p. 217, & ca.*

*Idem ad fidem catholicam p. 217, & ca.*

*Augusti. epist. 504*

*2. Corinth. 10. 64*

T t k



Luc. 14.  
23.

Exite in vias & sepes. & quos inueneritis cogite intrare in illis ergo qui leniter adducti sunt. complet a est prior doctina. in ijs qui coguntur, inobedientia coercetur. Ita D. Augustinus : egregie vñica sententia & illorum generalitatem longam refutans, & simul tum Christi Apostoli Pauli doctrina comprobans fas esse reticos ad Catholicam fidem compellere. Vñ quidem probat & commendat in ecclesiasticis humanitatem, lenitatem, mansuetudinem, vñ supplicijs sed persuasionebus aberrantes oves causas dominicas reducantur: Verum si forte quibusda contemnit, adhibebis (inquit) & verbera. Incutis pariter ingeris dolorem, sed quæris salutem. Multis amore, multis timore correcti sunt, sed per tremorem timoris, perueniunt ad amorem charitatis Pater quando ferit, amat, contemnit lenitatem, consulit ad vtilitatem. Quare? quia pater est, hereditate parat, quia successorem nutrit. Ecce feriendo est pater, feriendo misericors est. Meliora n. sunt (vt alibi dicitur) dem Sanctus docet) vulnera amici quam voluntaria vulnera inimici. Melius est enī seueritate diligere quam caritate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo carnis iustitia negligit, quā esurienti panis frangitur vt in phreneticis seductus acquiescat. Et qui phreneticū ligat, & quibuscumque thargicū excitat, ambobus molestus ambos amat. Hæc est legitima & Christiana defensio optimi regis Caroli IX. item humanissimi suoque illi nepoti amantissimi tum Cardinalis nunc regis Caroli Borbonij, & clarissimi Ducis Monpensierij, & si qui alij principes Navarræ ab hæresi ad Catholicam Christi fidem auocando suam nauabant operam. Sciebant multos per timorem correctos, sciebant multos per timorem peruenisse ad charitatem, sciebant meliora vulnera amicorum, quam oscula vel adulationes parasitorum. Quia patres erant quia hereditate parabant, quia successore Gallicæ Coronæ nutrire cupiebant eū quæ tamen eo tempore victur

Aug. ser.  
99. de tē-  
pore ca. 8.

Idem epist.  
48. de hæ-  
resi. ut co-  
sueudū.

Timor hæ-  
resis con-  
uertendis  
prodest.



videbant phreneticum & lethargicū suæque salutis ne-  
 glectione tanquam altissimo sopore correptum, &  
 verè mente alienatum, dum insanam & belluinam  
 communisque sensus expertem doctrinam impuri  
 ganeonis Geneuensis sectatur: hanc ob causam si  
 aliquos timores adhibebant, si phreneticum liga-  
 bant, id faciebant quod Christus in Euāgelio, quod  
 Apostolus Paulus, quod Ecclesia Christi, quod tota  
 Antiquitas faciendum suavit & præcepit, & quod  
 hominum & Christianorum & amicissimorum of-  
 ficium postulabat. Poterant quidem eo tempore  
 ulterius progredi, idque scripturis diuinis & ecclesia  
 Christiana antiquissima comprobante. Siquidem  
 ut idè diuinus & singularis scripturæ interpret scri-  
 bit, *esit Episcoporum Catholicorum nemo vult istorū Cat-*  
*uinitarum aliquem perire, tamen si non aliter meruit ha-*  
*bere pacem domus David nisi Absalon filius eius in bello*  
*quod contra patrem gerebat fuisse defunctus, quid Dauidi*  
*restitit nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita suam*  
*mœstitiā consolari? Poterant cum eodem sancto viro*  
*de Nauaræo & Condæo & Admiralio & Cauānio*  
*dixisse, quid non isti iustè patiuntur & merito criminum*  
*& ordine potestatum? prius enim probent se non esse hereti-*  
*cos vel schismaticos, et tunc demū de indignis penis suis hui-*  
*dam emittant vocem. Poterant si illos priores cum istis*  
*posteribus eadem promeritos eodem supplicio rex*  
*fustulisset, factum illud regis equissimi cuius bono*  
*facillimè probasse. Promptum enim & expeditum*  
*erat si quis illud criminaretur, respondisse cum D.*  
*Augustino, quid tale isti patiuntur, quale faciunt: nisi quia*  
*hominum multitudo non in corde cor habet, sed in oculis.*  
*Nam si sanguis exit de carne mortali, quisquis aspicit,*  
*exhorrescit. Si pro pace Christi præcisa anime atque separa-*  
*te in heresis vel schismatis sacrilegio moriuntur, quia non*  
*videtur, non plangitur. Imò verò mors tetrìor & luctuosior,*

*Aug. epist.*  
*50.*

*2. Reg. ca.*  
*18.*

*Idem contra*  
*epist. Tur-*  
*menianili*  
*1. ca. 7.*

*ibid.*

*Heretici*  
*homicida*  
*omni ma-*  
*maxime*





ture consuetudinis deridetur, quum auctores tantarum  
 rium publicè insultant. Et si quid temporalis molestia  
 fuerint per certissimum & rectissimum ordinem pacis  
 quum ipsi priuatis furiosorum agnibus multa gra-  
 passim & quotidie nulla regia, nulla Ecclesiastica legem  
 mittant, nos corporum persecutores vocant, se animarum  
 terfectores non vocant, quum priuata licentia nec corpora  
 parant. Hoc modo piè, & Christianè, & Apostolice  
 tum rex Carolus tum principes illi responderent  
 tuissent, si Navarræum hæreticū & hæreticorum rebelli-  
 lium antesignanum & innumerabilium catholicorum  
 rum partidā iuxta leges toto orbe Christiano  
 ceptas non tenuissent solum, sed grauiori supplicio  
 affecissent. Verum quando illi incredibili humani-  
 tate citra modum & mediocritatē subditerunt, et  
 gratum est, & impudens est, & nimium hebes  
 stupidum est metum prætexere ne is ad Ecclesiam  
 Catholicam conuersus habeatur, quando scriptura  
 tota veteris nouique testamenti, totaque Ecclesia  
 primitiua in sanandis rebellibus hæreticis & apo-  
 statis metū semper approbarit, & illi tamen in par-  
 ticulari Navarræi conuersione singulari sint deuote  
 te vsi, quamuis remedium acerbius morbus inu-  
 teratus & insanabilis requireret. Quare isti Hære-  
 notici scriptores, qui ita insulse suis heresiarchis pro-  
 trocinantur, hanc salutarem admonitionem & con-  
 clusionem theologiam discant ab antiquis patribus  
 Aug. epist. Si potestate quam per religionem & fidem regum, tempo-  
 49. quo debuit, diuino munere accepit Ecclesia, hi qui inueni-  
 tur in vijs & sepibus, id est in hæresibus & schismatibus  
 cogantur intrare (in Ecclesiam Catholicam) non quia coguntur  
 tur reprehendant, sed quod cogantur attendant. Quum  
 eam Ecclesiam in quam coactus est (si tamen omnino  
 no coactus est) Navarræus, aduertant fuisse Co-  
 tholicam toto orbe diffusam, Ecclesiam in qua ecclesia  
 Gallia

Aug. epist.  
49.

Quid hære-  
tici in Ca-  
tholicis eos  
corrigent-  
ibus debent  
gannere.



Galliae & Navarrae reges Navarrae huius maiores a primo Clodoveo ad Carolum illum, ipsiusque Navarrae patrem, qui putatur, Antoniam vixerunt & mortui sunt, in qua omnes Christiani Angliae, Scotiae, Hispaniae, Poloniae, Germaniae reges atque Imperatores fidem receperunt, & cuius fidem ad extremum vitae spiritum professi sunt, in qua vetustissimi illi Monarchae Constantinus, Theodosius, Valentinianus, Martianus, Iustinianus Deo scriverunt, legesque ad eius Ecclesiae fidem & pacem tuncdam conscripserunt: Synagogam autem a qua extractus est fuisse lustrum bestiarum potius quam hominum, effossum a tribus aut quatuor perfidiosis lenonibus, Luthero, Zuinglio, Calvino, Beza, quibus impuriore, fordidiore, lutulentiore Epicuros Sol nunquam vidit, in quorum latibulo nemo vel vnus aut e Capetiana aut e Borbonia familia prius vixerat, contra quam Diabolicam Synagogam ipsius pater Antonius Navarrae rex mortuus est a rebellibus illis Rothomagi interfectus: haec si considerare possunt & volunt ineptissimi illi nugones, tum non magis reprehendant quod Navarraeus a tali consortio & *Babylonica demonum habitatione* (sic enim eos appellat Evangelista Christi) ad Ecclesiam, Hierusalem caelestem a multis millibus angelorum frequentata timore ductus est, quam culpant Deum & Moysen qui saepenumero Iudaeos plagis impositis, aliquando morte inflicta, ab idololatria ad rectum Dei cultum auocarunt; quam culpant Spiritum sanctum qui Paulum Apostolum metu & suppliciis a persequendo Ecclesiam abstraxit; quam culpant Apostolos qui seuerissime Christianos delinquentes castigarunt; quam denique redarguunt patres & matres, qui filios peccates corrigunt, & virga disciplinae a matris societate arcant, & eosdem infantulos in carnalium

*Vide Plat. in Pio Act. hist. de M. Fig. li. 6. ca. 16.*

*Synagoga Calumniarum. Supra ca. 4. & 5.*

*Apoc. 18. 2. Ibi. c. 2. 1. 2. Heb. 12. 21.*

T t 4 volu.





voluntantes corripunt, & vt deinceps à vestibus in-  
quinandis caueant sæpenuero verberibus admo-  
nent:

3.

3. Verùm quia idem præstantissimus Episcopus  
docet, non tantum quòd si hæretici terretur solum-  
modo & non docerentur, improba quasi dominatio videtur,  
verùm etiam quòd si docerentur solummodo, & non ter-  
rerentur, vetustate consuetudinis obdurati ad capeffendam  
viam salutis pigrius mouerentur, aded vt metum cõ-  
strina, disciplinae seueritatẽ cum prædicationis me-  
suetudine ad hæreticorum conuersionem velit co-  
iungi & copulari: inquiramus vtrum hac ex parte  
principes illi Catholici officio suo defuerint. Est  
quidem solo terrore mortis intentatẽ absque lega-  
ma doctissimorum hominũ disputatione, & argu-  
mentorum pondere Nauarræus compulsus fuisse  
repente Ecclesiam Catholicam ingredi aliqua fuit  
tasse probabilitatis specie istorum hominũ scrip-  
tiones non carerent. At cum in eo conuertendo multi  
dies cõsumpti fuerint, cum ex ipsis Nauarræi mini-  
stris doctissimi veritatis euidencia coram Nauarræo  
conuicti, hæses suas execrati fuerint, quum postea  
Nauarræus ipse liquida veritatis perspicuitate victus  
ad Ecclesiam Catholicam libera & propensissima  
voluntate confessiisse se fateatur, quum de patri-  
tia sua literas solennes Romam ad summum Pon-  
tificem miserit, quum pontifex in illo orbis theatro  
publicas supplicationes ea de causa fecerit, & multi-  
ta ingentis lætitiæ signa adiderit, & per legatos gra-  
dium suum cum reliquis Christiani orbis regibus  
communicauerit, quum Nauarræus in hac bide  
confessione aliquot annos perseverauerit, & vo-  
lens religiosè Ecclesiæ Catholicæ solennia officia  
sapius aduerit; quales sunt isti præuaricatores, imò  
quales perduelles & proditores, qui regem suũ ad ob-  
in signi-

Caluinista  
Nauarræi  
calumnia-  
tores egerit  
25.



insiniter mendacem & hypocritam faciunt! Vbi est  
 istorum erga regis sui maiestatem honor & reue-  
 rentia, qui cum simulasse, & dissimulasse, & terrarū  
 orbem mendacijs & periurijs ludificasse aiunt! quā-  
 do tamen rex ipse serid, & simpliciter, & ex animo,  
 in verbo & fide regis & hominis Christiani ea se  
 omnia fecisse testatur. Postquam enim egregius &  
 famosus ille Catilina Gaspar Colignius ex regis &  
 Parlamenti Parisini, totiusque adeo populi Gallica-  
 ni consensu & applausu, aliquas dedisset quanquā  
 leues pro tantis suis facinoribus pœnas, eodem tē-  
 pore de principe Nauarræo sanando & ad Ecclesiæ  
 Christi vnitatem reducēdo à principibus cognatio-  
 nis suæ studiosissimè actum est: non vt isti mentiū-  
 tur cōminando carceres aut mortem, sed ostēden-  
 do improbitatem hæreticorum, eorum corrupte-  
 las & peruerfiones scripturæ sanctæ, nequitiam se-  
 ctæ, imposturas, & fraudes, & Atheismos, ex qui-  
 bus tota consuta fuerat, ruinosa principia ebrieta-  
 tis & libidinis per quæ sub Luthero cœperat, media  
 eiusdem generis, libidinem, venerem, dissensio-  
 nem, infinitam nouarum sectarum multiplicatio-  
 nem, rebelliones perpetuas per quas ad hanc vsque  
 horam in Germania, in Flandria, in Anglia creue-  
 rat. Non modò omnem Antiquitatem, omnes  
 patres, omnes scripturas, Apostolos & Prophetas  
 hæreticis illis, sed ipsos etiam hæreticos & hæresi-  
 archas sibi ipsis esse hostiliter aduersarios. Quam  
 ob causam vt Lutherus Zuinglium, Lutherani Cal-  
 uinum & Calvinistas æternis inuectiuis & libellis  
 confugebant: sic vtrique ex veteri testamento pluri-  
 mos libros, Ecclesiasticum, Sapientiam, Machabæ-  
 os &c. multasque variorum prophetarum partes:  
 ex nouo Iacobum Apostolum quia implacabilem  
 solidianæ iustificationis hostem, epistola Iudæ &

*Nauar. ve-  
 ritati cui-  
 dentia con-  
 uictus ab-  
 iuravit  
 Caluinif-  
 mum.*

T t 5 Petri



Petri vltimam, illamque ad Hebræos, & multa  
 quia sectæ suæ non conuenientia recidebant & es-  
 tra scripturæ Canonem proijciebant. Quid ego  
 turpius esse, quàm regem illum illustrissimum  
 & Christianissimum Gallix & Nauarræ regem  
 stirpe procreatum, nouitati contra antiquam  
 rebellibus illis contra clarissimos reges, hæreticis  
 contra Catholicos, disiectis inter se fratribus & le-  
 bidinosi monachis, & Arianis, & Trinitarijs, con-  
 tra venerandam Christianorum vnitatem, & de-  
 que illi synagogæ Babylonicæ cōtra Ecclesiā Chri-  
 sti Catholicam, talibus Satanæ mancipijs stigmas  
 propter infandam turpitudinem sibi inulta circum-  
 ferentibus, contra Christum ipsum eiusque Euan-  
 geliū & diuinos Apostolos & Martyres propter Chri-  
 stum occisos & cum Christo glorificatos adherere!  
 Hęc quum illi per doctissimos Academia Patre-  
 nsis theologos multis diebus coram Nauarræ Regis  
 eius ministris disseruissent, tandem Ministrum eius  
 Rosierum reliquorum omniū acutissimum, & ser-  
 uis in prioribus rebellionibus concionandi partem  
 fuerunt primarię eod perpulerunt, qui clarissime ve-  
 ritati diutius reluctari non poterat, nec vel proli-  
 quicquam eo loco & conuētu dignū afferre, vel alio-  
 riorū argumenta dissoluēda quæquā tolerabile ob-  
 minisci, vt relicto Calvinismo transiret ad Ecclesiā  
 Catholicam, cuius exemplum plurimum valuit, ut  
 princeps quoque Nauarræ us qui prius eod doctrine  
 nitebatur, de pertinacia sua non parum remitte-  
 & postea sensim quoad singulas Calvinismi hære-  
 ses expugnatus victusque ad veterem antiquæ ma-  
 tris Ecclesiæ Catholicæ obedientiam rediret.

*La vie de  
 Calvin,  
 cap. 5.*

*Rosierus  
 Minister  
 fuit Catholici-  
 cus.*

Atque ista ad hunc modum non terrore, nec  
 minis, non gladijs & restibus quomodo Hugono-  
 te in Gallia & hæretici in Anglia suas singularem  
 fides



ides persuadent: sed mature, deliberatè, argumentis  
 theologicis, longo temporis tractu, multorum die-  
 rum spatio gesta fuisse, quos ampliores testes quæ-  
 rimus quàm ipsos actores, quàm illusterrimū Car-  
 dinalē Borboniū, quàm ipsum principem Navar-  
 ræ, eiusque literas & sigillatoti Galliæ atque Eu-  
 ropæ publicata. Ita primū Cardinalis Borbonius  
 ad summum Pontificem scribit. *Nepotes mei rex Na-*  
*varraus & princeps Condeus, per bonitatem & infinitam*  
*misericordiam omnipotentis Dei, deliberatè & constantè*  
*ab infantia, & receperunt nostram religionem Catholicā*  
*Apostolicam Romanam, cuius fecerunt publicè liberam &*  
*voluntariam professionem. Nunquid terroribus & mi-*  
*nis mortis sufferendæ adducti? Ita quidem isti*  
 principum calumniatores & Zoili blaterant, sed  
 longè aliud res ipsa loquitur. Si enim terror mor-  
 tis hoc eis inuitis expressisset, tum certè primo die  
 quando in ciuitate illa maximus terror & plurima  
 mortis imago eorum oculis obuersabatur, ad de-  
 clinandos populi tumultuantis gladios Caluini-  
 starum iugulis intentos, Catholicos se finxissent.  
 Sed longè secus factum est. Sic enim pergit Cardi-  
 nalis clarissimus. *Ad eos ab errore ad fidem redū-*  
*cidos valde quidem laboratum est. Postquam enim egis-*  
*sem cum Doctoribus quibusdam tum propter vitam tum*  
*propter doctrinam tota Academia Parisiensis celeberrimis,*  
*pretereaque adiunxissim Episcopos certos qui mihi subsidio*  
*& solatio essent in extirpanda ex eorum mentibus hac*  
*peste & pernicioso errore qui profundas illic radices fixe-*  
*rat, multos in eo negotio dies consumpsimus, & ut pluri-*  
*timum sine vllō fructu. Non igitur de repente*  
 non terrore mortis subito incussa est execratio  
 Caluinismi & amor religionis Catholicæ, sed  
 lentè & modicis auctibus, quemadmodum Ethni-  
 co &

*Literæ  
 Card. Caro-  
 li Borbonij  
 de seria  
 conuersione  
 Nauarrae*

*Histoire de  
 Poplin. lib.  
 30.  
 Histoire de  
 La Val. li.  
 21.  
 Anno  
 1572.  
 mesè  
 Octobre.*

*Diu labo-  
 ratum in  
 persuaden-  
 do Nauarrae.*



co & infideli fides solet instillari. Si quidem postquam illi tot & tanti viri sæpius hoc de negotio conuenissent, plurimumque & temporis & operæ in eo posuissent, tandem principes illi Navarra & Condæus intellexerunt & perspexerunt fraudes, imposturas, & mendacia Ministrorum: & aperte confessi sunt nullam esse Ecclesiam præter Apostolicam & Romanam. In hac fide fundati eam amplexi sunt, non simulata, sed tanta alacritate & sinceritate cordis, quantum unquam modo exprimere, sed neque cogitare possibile est, alioquin tanto gaudio & iucunditate inexplicabili. Et certè per molestias & angustias quas multos annos quamdiu oculis heresis astricti tenebantur perpassus sum, per hoc cum Dei beneficium sentio me prorsus ereptum & liberatum, cuius propterea infinitæ bonitati debeo quidem & toto tempore vitæ meæ gratias immortales. Quare & uariæus idcirco à Calumniana synagoga ad Ecclesiam Catholicam rediit, quia perspexit Ministrorum fraudes, imposturas, & mendacia: si simplici & sincero ad illam se Ecclesiam adiunxit, si in fide Catholice fundatus, Ecclesiam agnouit unam extra quam non est salus, eamque unam fuisse Apostolicam & Romanam, quæ ab Apostolicis temporibus in Romanorum pontificum Sede & successione imprimis, in nostram ætatem continuata est: si huius Catholice fidei intimo corde infixæ & infidentis tam euidentia & clara dedit argumenta ut ex eo Cardinalis incredibilem perceperit iucunditatem, quantam nec sanctorum cogitando poterat exprimere, quales sunt isti sycophantæ qui regem hunc suum non ex regio & gentis animo hæc dixisse aiunt quod ita sentiebat, sed fracto & seruili ingenio hæc præse tulisse, quum contraria esset sententia! qui eum instar alicuius ministris illis Satanicis impostorem, mendacem, simulatorem & dissimulatorem, faciunt, & charissimum suum

Card. Borbon. vobis supra.

Non point par simulation. au. c. vne si grande gaude & iucunditate de eam.

Card. Borbon. sing. singulari amor erga Navarr.

Navarr. qualis hypocrita su. et Calumnianus.



tuum patrum hac tam abiecta & sordida hypocrisisse, quæ vix in Guaronem aliquem vel Arrogum aliena quadra viuentem conueniat, de re-  
 gna autem Maieitate sine insigni contumelia non potest dici, sine magno scelere non potest cogitari. Cæterum si sanniones isti pro more suo optimi principis quia Cardinalis & Catholici bonitatem irridere aulint (& quid est quod illi nõ audeant?) dicantque eam nimis fuisse credulũ, & actiones Nauarrei in aliã quam oportebat partẽ nimis candidè interpretatũ: vsque adeo tamen impudentes erunt vt ipsius regis sui literis, & edictis, & diplomatis, & legatis, & iuramentis, & protestationibus fidem sint abrogaturi? Ipse enim Nauarræus in literis suis ad Pontificem, Illa, inquit, spes, sanctissime Pater, quã concipi de vestra paterna charitate qua tanquam Dei in terrararius filios tuos licet ad aliquod tempus à nostra matris sancta Apostolica Romana Ecclesia aberrantes, eosdem tamen penitentes & ad sanam mentem redeuntes benigne admittere desideras: hæc spes ita vicit dubitationem meam quã alias habere poteram de iusta seueritate Sanctitatis vestra, vt post cohortationem regis Christianissimi, prudentemque admonitionem reginæ socrus meæ, honoratissimorum fratrum regis, Cardinalis Borbonij patris, & cognati mei Ducis Monpenserij, ad extremum conclusi & statui apud me vestram Sanctitatem agnoscentem me vnum ex suis per prima illa signa quæ in Ecclesia & fide illa baptizatus suscepi, non dedignaturam aperire mihi brachia indulgentiæ vestræ. Neq; minus dabiro (sanctissime pater) testimonium hanc confessionem penitentia meæ & reductionis atque obedientia, quam testificatus & protestatus sum coram Nuncio Apostolico legato Sanctitatis vestræ, & me recepturum in Ecclesiam Catholicam, cuius tuam Sanctitatem agnosco caput, meque deinceps habiturũ pro filio maxime humili, obediens, & deuoto, id quod imprimis & vehementer

*Littere  
 Nauarræ  
 ad Pontif.  
 de sua serua  
 conuersione.*

*Poplin.  
 La Val.  
 M. Prg.  
 ubi supra.*

*le suis fi-  
 ualement  
 r. solus. Na-  
 uarr. hap-  
 12. tus in  
 fide Eccle-  
 sia Cathol.  
 Romana.*



*Histoire de M. Pag. li. 6. cap. 16.* **vehementissime postulo.** Hæc rex ille ad Pontificem scribit, causamque suæ hæreticæ ab Ecclesia ac-

*Histoire de la vie de Calum. cap. 15. Celoit & entretenoit en son cabinet &c. Certains meschans garnemens* onie dolenter recensens, eam rejicit non in partem quorum alter in fide Catholica, & pro fide Catholica contra Calvinistas bellum gerens mortuus est, altera quidē etiam sicut hæretica fuit, & (ut reus Calvinus) *Atheista, Libertina, hypocrita, fautor Anabaptistarum,* & quæ in sciēte viro per diu in occultis mus suæ latebris & secessibus alleruabat duos principes hæresiarchas, dissimulauit tamen & occultam impietatem suam: sed culpam totam confert in-

*Quarta. edictum pro religione Catholica. Vide illud apud la Val. li. 21. fol. 597.* *Perf. Esa. 48. v. 7.* **quisimos quosdā nebulones** per quos in infantia iudicio non valebat ad hæresim à fide sana distingendam seductus est: cuius rei valde iam ipsi sumnitet, & pollicetur brevi missurum Romam legatos, & per eos ad exemplum maiorum suorum *Scire regum se submissurum soleniter apostolica sedē, id quod reuera prestitit.* Quo tempore Rom. Pontifici gratias Deo agendas, solennes tota Roma decem supplicationes, aliaque ædidi egregia singulari- titiæ signa, suisque vicissim ad regem Navarrae ris verè paterna charitate & affectu de eius fide cōuersione plurimū congratularus est. Quæ omnia & singula ad istos Apostatas mendacij conuincendos valde quidem apta & efficacia sunt, neque ut an aliquid afferri possit euidentius aut neruolius. Et tamen edictum aliud quo regiōni Biernensis exemplo suo religionem Catholicam rex ille cōmmandat, eamque illic instaurari iubet, ita exactè & accuratè cōuersionis eius modū atque circumstantias describit, ut qui illud expendierint, nisi iuxta prædictam plane *cornam,* aut *aream* potius, ut inquit propheta, *frontem* habuerint, nunquam dicturi sint eum sibi mortis terrore hæresim Calvinianam repudiasse. Narrat illic se valde diu, & sollicitè admodum delibe-



berasse quomodo regiones suæ Nauarræ & Biernæ post tam multas miserias & vastitates securo pace fruuerentur: quæ quum absque vera religione sperari non possent, addit se in tantis sectarum dissidijs & distractionibus vt certam & salutarem viam ingrederetur, ex consilio reginæ Matris & Cardinalis Borbonij, attentè auscultasse voluntariam & beneuolam disputationem aliquot doctissimorum theologorum quos idem Cardinalis tanquam in theatrum cum hæreticis quibusdam lætatos produxerat, contra quos accesserunt venerunt peritissimi quidam ministri professionis Calvinianæ. Isti autè postquàm sæpius conuenissent, sæpius disputassent, ad extremum magnis atque euidentibus argumētis Catholicorum viti & speciatim Kosierus, Ministri Aurelianenses, & alij permulti, libere confessi sunt se fuisse hætenus egregiè deceptos, suam que pariter alijs decipiendis impendisse operã. Quomodò errores suos damnarunt & abiurarunt: & agentes penitentiam supplicarunt in gremium Ecclesiæ Catholicæ apostolicæ Romanæ admitti. Ex quo nos (inquit rex Nauarræ) eum fructum collegimus, vt tam cognoscamus eam Ecclesiam esse solam columnam veritatis, cui omnes reges & principes Christiani debent inniti, & super eam firmare & stabilire populorum suorum religionem. Quæ quum ita sint, ex zelo Christiano suader, & pro regia autoritate præcipit subditis suis vt qui cum secuti sunt hæreticum, sequantur multò magis Catholicum: qui cum eo errauerunt in obliquos tramites sectarum, cum eo reuertente redeant in viam salutis & Christianæ religionis. Et quia experientia nouerat Ministros esse verissimas tubas seditionum & tumultuum, idcirco eos speciatim iubet ex suis ditionibus expelli, nisi velint hæreses abiudicare & profiteri fidem Catholicã. Hoc modò postquam Christianum regem se abundanter probasset, priuato etiã exem-

*Conference  
voluntaria  
& amiable.*

*Nauarr.  
certo per-  
suasus de  
fide Catho-  
lica.*



*Catholica  
actiones  
Navarræ.*

exēplo, (quod est in rege pōderis permagni) dele-  
rauit se fuisse Catholicæ fidei sincerè studiosū. Quo-  
que cū rex Carolus festū ageret S. Michaëlis, quan-  
do eius tanquam præcipui Gallorū Equitū paratū  
auxilium in precibus & Missæ sacrificiō impetrā-  
tur, rex Navarræus cum alijs festum illud Cantu-  
co more peregit. Proximo die rex Carolus solennes  
exequias celebrari voluit pro animabus Equitū  
ordinis S. Michaëlis. Rex Navarræus ut eiusdem  
ordinis frater exequijs interfuit, & pro animabus  
fratrum suorum Christiano ritu præcatus est. Rex  
Carolus Missæ pro defunctis Equitibus mag-  
næ ceremoniæ & apparatū decantatæ adisset & in  
Ecclesiastico offerret, adfuit vñ Navarræus  
illis Christianæ pietatis officijs nihil cuiquam  
Equiti Catholico concessit. Deinceps Calumniæ  
& politici quidam suspicati eum molestè ferre  
diuturnam in Aula moram, contracto mediocris  
equitum præsidio, ex inopinato ad S. Germanum  
prope Parisios comparuerunt, inde eum auertere  
si eos comitari voluisset. Sed profugere maluit  
cum rege Parisios, moxque illic literas publicas  
militi conspirationem eam detestatus, omnem  
eius non modò approbationem, sed vel cogitationem  
amotus, & professus pro rege fidelibusque regi suble-  
contra rebelles illos & publicæ pacis turbatores, se & animam  
sua quacunque, & ipsam quoque vitam expositurum. De-  
nique moratus in Aula quandiu viueret rex Caro-  
lus, nec dicto nec facto animum ostēdit à religio-  
ne Catholica alieniorem. Moritur deinde Carolus  
& administrationem regni quousque reuertitur  
Polonia Henricus, relinquit reginæ matri. Rex Na-  
varræ qui eo maximè turbulento & luctuoso tem-  
pore facillè poterat expedire se, & relicta Curia  
que Catholica secedere in ditiones suas, vel in  
Aula

*M. Pigh. 2. 1. 160. 2. 06*

*Ibid. fr. 12  
cap. 5.*

*An. 1574.  
Mense  
Matio.*



Aulâ maneret Catholicam fidem non deinceps simulare, nihil tamen eiusmodi præ se tulit, sed constanter reginæ adhesit, catholicè vixit, & datis ad provinciarum gubernatores literis, eos vt reginæ matris fideliter parerent, sicuti decuit principem Catholicum hortatus est.

4. Quamquam autem hæc tam accurata particularium principi, illius actionum narratio non sit adeo necessaria vt probetur *Relapsus*: tribunal enim Ecclesiasticum quod in arcanos mentium recessus non potest penetrare, iuxta externa cuiusq. opera sententiam fert: ideoq. quum is in Ecclesia & fide Catholica baptizatus (id quod ipse fatetur, & est per se luculentum) posteaque per impuros Apostatas ad hæresim Calvinianâ seductus, & deinceps Parisijs corâ supremi Christianorum Pontificis Nuncio Apostolico eam hæresim execratus, rursus ad priorem illâ Apostasiam Calviniana redierit, quin iam *Relapsus* sit negari nullo modo potest: tamen quia isti effrontes sycophantæ modo Catholicorum principum actiones calumniantur, nihil prorsus laborant quid dicant vel quo modo licet crassissimè mentiantur, partim etiam quia hoc ad veritatem explicandam, ad regis Caroli, & principum Borboniorum honorem defendendum, & *relapsionis* huius grauitatem aperiendam plurimum facit, non poterat commode silentio præteriri. Ex quo item illorum peruersissimorum Navarræ patronorû insulitas multò magis eluceffit, qui dum hominem istum Gallicano diademati capiendò aptum probare volunt, talibus eum colorib. depingunt, vt planè indignus sit qui non modo in regali solio, sed vel in vlla honesta hominum ciuiliam societate toleretur. Si enim serio hæreses Caluini non abiicit, si ex animo Catholicam fidem non putauit esse veram & Christianam, & ta-

4.

*Sext. Dec. lib. 5. tit. 2. ca. 4. & 8. §. Ille quod*

*Caluinista Navar. faciunt uerè monstru.*



men ita corā rege Carolo se credere asseruit, ita corā Nuncio Apostolico se credere iuravit, ita nobilissimi regis fratribus, ita Cardinali Borbonio, & Duci Montpenferio se credere protestatus est, huius fidei solenni regum more missus Romam legatis professionem fecit solennē, suæ ad hanc fidem conventionis causas gravissimas populis suis recensuit, itaque propter eas causas huius fidei sinceram esse cultorem asseruit, populumq. suum suo exemplo ad eandem fidē cohortatus est, si Missis, si sacrificiis Christianorū quæ tamen putavit esse idololatrica tanquam Catholicus devotē affuit, & pro animabus defunctorum oravit, & alia Christianæ pietatis exequit officia: si denique verbis, operibus, professor legatis, literis, diplomatibus, edictis, iuramentis Catholicum se præstitit, plurimosque menses, nonnullos annos in hac Catholicæ fidei praxi & actionibus peregit, & tamen toto hoc tempore nō Catholicus sed Calvinista fuit, fidemq. Catholicā ex animo abominatus: tum sanè qualem Græcū, qualem Romanum, imo qualem Athæū, qualem diabolum, quam oregiū & principum suorum cognatorum, & Pontificum, & Christiani totius populi, & ipsius Dei irrisorem faciunt isti suum Navarræum; qui tamen tempore, repugnante conscientia, Deum ipsam defendit, & sciens volensque populum suum ad idolatriam, hoc est quantū in ipso fuit, ad æternam corporis atque animæ damnationem impulit, crudelissimaque hypocrisis, & (ut ait Lutherus de altero Henrico Anglo) *non regio animo aut vlla gutta sanguinis, sed servili & planè impudenti vecordia Christianos principes & populos ludificatus est!*

Et quis hominum mediocriter honestorum conscientiam non molestissimè ferat in sua societate tam indignam & portentosam hypocrisim? Hæc est Theologia,

Luther. 10.  
2. li. contra  
reg. Angl.  
fol. 331.



logia, hæc ars oratoria istorum Ministrorū qui Nauarræo patrocinantur. Vt leuiorē plagam declinent grauilissimum vulnus inferunt, vt feruent brachiū, abscindunt caput, ne Nauarræus habeatur nequissimus homo, depingunt eum creaturam nequiorē Diabolo: & ne videatur hæreticus *relapsus*, probare volunt eum esse sceleratissimum hypocritam, infandum Atheum, hominumque omnium & Dei ipsius cōtempторē ter quaterque execrabile. *5.* Sed quoniam hæc est istorum bardorum imperitia, non ipsa rei veritas: nos quod est multò leuius, & Nauarræo magis honorificum, & rerum gestarū circumstantiis magis consentaneū, & quod Nauarræo tot modis verum esse protestatus est, tanquam verū accipiamus, eum videlicet ex animo abiurasse hæresim Caluini, & ex animo adhæsisse fidei Catholicæ, atque ex animo iunxisse se ecclesiæ Rom. postea aut rursus ab illis callidis impostorib. Satanæ ministris circumuentum, ad hæresim rursus, siue Arianā, siue Trinitariam, siue Samofatenianam & Turcicā (parum enim aut nihil omnino quoad nostram hoc loco quætionem differunt, & cuius generis Calvinissimum in synodo Montalbanēsi professus est mihi non liquet) abiisse. Hoc enim quamquam grande est peccatum, peccatum hæresis repetitæ, peccatum mutabilitatis & inconstantia, minus tamē est peccatum quā illa periura hypocrysis, ille Atheismus, impudensque & DEI & hominum irrisio atque contemptio: ideoque ex his illud vnum concludamus quod est euidentis, & quo nihil leuius, nihil moderatius aut humanius concludi potest: Nauarræum esse vt prius *hæreticum Calvinianum, & relapsum*. Quā in voce quantum sit pondus & emphasis, ex superioribus Imperatorum, Pontificum, Cōciliorum, Testamenti veteris nouiq. contra hæreticorum,

5.

*Conclusio Nauarræo esse hæreticum relapsū.*

*An. 1584.*

*Idco nullo modo rex Christianorum fieri potest.*

*Supra cap.*

*Cō. 7.*



cos omnes decretis, legibus, canonibus diris & an-  
 thematis deducendum est. & quum Christianus de-  
 Et or aduerit simplices hereticos veterum Imperat-  
 rum legibus amoueri ab omni liberalitate & successu  
 quolibet titulo veniente, nec eis vel donandi, vel emenda-  
 vendendi, vel omnino contrahendi vllam relinqui faci-  
 tem, esse que infames ipso iure & intestabiles: quom-  
 derii Pontifices & Concilia prohibere ne heret-  
 corum filii vsque ad secundam generationem ad aliquod  
 publicum officium admittantur: eorumque Pontificum  
 & Conciliorum decretis Christianos omnes vel  
 sacrilegos excommunicari, qui hereticum vel he-  
 daum præficiunt Christianis, quia nefas est mem-  
 Christi seruire membris Antichristi: quum annotat  
 scripturas sacras & totam primitiuam atque Apo-  
 stolicam antiquissimorum patrum Ecclesiam he-  
 reticos vt Ethnicos, vt lupos, vt canes, vt bestias, vt  
 diaboli abominari, quibus Christiani non debent  
 Aue dicere, nec in domum recipere, nec cum eis fami-  
 liariter versari; quum meminerit Deum expul-  
 sione ne alienigena, infidelis, hæreticus, fiat populi  
 sui princeps; propheta sique Dei populum fidelium  
 incitasse vt regis Idololatriæ etiam legitimo iure  
 succedentis iugum à se depellerent, nec eis sub-  
 stititionem vllam præstarent, sanctissimosque patres  
 ex eisdem scripturis sanè & orthodoxè intellexisse  
 inferre Imperatorem hæreticum nec testem esse populi  
 contra Catholicum, & scelus esse vt alienigena, hæreticus  
 cuiuscumq; generis iudicet catholicos, inimicus religionis  
 mesticos fidei: imò quum aduerterit eisdem ex scripturis  
 couincere hereticos principes, & viuos morte pro-  
 preter hæresim esse plectendos, & mortuos ex sepul-  
 chris ruèdos, & ipsa cadauera in igne proiicienda  
 sobriè & Christianè ex istis raciocinetur, quale iudicium  
 diciu de hoc hæretico Calvinista, & eo iterum per-  
 to, atq. relapso faciendum sit.

Ib. fo. 263

Fol. 455.

Fol. 460.

Fol. 468.

469. 474

Fol. 469.

Fol. 463.

Lucif. in li.

de non par-

cedo vi

Deum de-

linquenti

pa. 226.

240.



Neque tamen sentio de hoc homine prorsus esse  
 conclamatum, eumque ita desperanter agrotū, vt  
 pœnitentiæ & salutis ianua ei sit funditus occlusa.  
 Quamquam enim Apostolus Paulus dicat dimitrē-  
 dum esse hæreticum, nec post vnam & alteram ad-  
 monitionem rursus cum eo colloquendū, vtpote  
 qui subuersus est, & delinquit suo ipsius iudicio condemna-  
 tus; & valde formidabilis est illa eiusdem Apostoli  
 sententia. Qui semel sunt illuminati, & gustauerunt donū  
 celeste, participes facti Spiritus sancti, & rursus prolapsi  
 sunt (quod de Nauarræo ex superiori historia nimis  
 luculenter patet) impossibile est istos renouari ad pœnitenti-  
 am: id quod si istos novos Apostolos Caluinum ac  
 Bezam interpretes audiamus, probat Nauarræum  
 iam nunc viuentem esse ad inferos damnatum, nec  
 posse eū vilo modo saluari: tamen quia Ecclesia lō-  
 gè alio spiritu hæc intelligit, nos etiā eum ferè pro  
 deplorato habemus, & valde arduum perque diffi-  
 cilem esse illius ad salutarem pœnitentiā accessum  
 nouimus, quia Deus nisi vehementissimis & extra-  
 ordinariis hominum bonorum precibus & suppli-  
 cationib. permotus denuo gratiā suā tali prolapsō (vt i-  
 loquitur Apost.) nō impartit: tamen omnino ei pœ-  
 nitentiæ & salutis ianuam obseratam esse nequaquā  
 dicimus. Verum ita animæ eius salutem precamur,  
 ita cum Apostolo Paulo spiritum saluū optamus in die  
 D. nostri Iesu Christi, vt interim leges Christianæ de-  
 cernant eum tradendum ignibus in æteritum carnis  
 leges (inquam) Christianæ, quæ (iuxta ipsius Christi  
 præsignificationem dicentis Christianū qui in vite  
 (Christo & Ecclesia) non manserit, tanquam aridum  
 palmitem colligendum, & in ignem mittendum, & arsurū)  
 hæreticos omnes & inprimis relapsos etiam pœnitē-  
 tes vlticib. flammis è mundo tollunt, Nauarræum  
 in repub. Christiana viuere non paterentur: tan-

Tit. 3. 10.

Heb. 6. 4.

Cal. &amp; Be-

za in com-

ment. in 6.

Heb. &amp; iii

i. Ioan. 5.

1. Cor. 5. 5.

Ioan. 15. 6

Cod. li. 1. 2.

de dignit.



tit. 15. §.  
Neg. famo  
sis ei §. lu  
dices.

Sext. Dec.  
l. 5 tit. 13  
reg. 37.  
Mat. 18.  
22.

Num. 25.  
7.

L. Si cui ff.  
de accusat.  
l. 1. Non ois  
§. de barba  
rū ff. de re  
militari.

Heb. 10. 28  
Deu. 19. 11

tum abest vt aliquam præfecturam, aliquam vel  
nuem prouinciam, aliquam omnino hominū chri  
stianorum gubernationem ei permitterent. Infam  
bus enim pateant quidem portæ reconciliationis  
diximus, sed tamen *infamibus non pateant portæ*  
*taurū*, inquit ius & canonicū & ciuile. Et quan  
ex animo non solū *septies*, sed *septuagies septies* homi  
nos priuatim offendenti offensam remittere Chri  
stiana charitas suadet: tamē qui semel sacrilegio vel  
idololatria leges Dei reipub. transgreditur, eum  
principem statim *interfici et suspendi contra solē*, ius  
tia diuina & ciuilis præcipit: & qui in hoc genere  
flagitiorum *semel est malus*, eum *semper malum* esse  
politica præsumit. Internū quidem conscientiarū  
potest & debet hoēs etiam sæpe numero in  
peccatum relabentes, lapsum tamen & imbecilli  
tem suā agnoscentes absoluere & Ecclesiasticæ  
restituere, & nouatianum est aliter docere: at qui  
reipub. & foro externo, latronibus, adulteris, & qu  
buscunque nefariis hominibus toties pœnam con  
lem condonaret quoties illi sceleris admissi se po  
nitere dicerent, næ illi breui spatio reipub. fons  
tus euerteret, quam flagitiosissimis hominibus  
impunitate compleret, & quos idcirco *sine vlla mo  
ratione occidi* politica Hebræorū lex iubebat. Et hoc  
totum naturali ratione & æquitate vel maxime  
titur. Si enim arcis alicuius in finibus regni pro  
ctus eam hostibus prodiderit, & is post eam culpam  
condonata iterum eadem proditione vsus fuerit  
in tertia arce, vel etiam in prouinciā tota proditi  
tali committenda, ecquis in mundo rex nisi p  
excors & amens fidelitatis eius periculum faceret  
rex Poloniæ, si Imperator Germaniæ tales mun  
simorum versus Turciam propugnaculorum præp  
ctos facerent, an patres patriæ & regni custodes  
ceretur.



ceretur, & non potius eorum eueriores & proditores? Ipse Nauarr. aut ex eius fœderatis quispiam, si Caluinista Nemausum sibi creditum Carolo vero regi tradidisset, an vllis precib. aut lachrymis adductus Montalbanū eiusdem Caluinistæ custodiæ committeret? Aut si importunis quorundam obtestationibus expugnatus hoc in Montalbano faceret, & tum præfectus ille in Montalbano Catholicos Nauarræi hostes clandestinis pactis admitteret: an ipse Nauarræus si penes ipsum esset Rochellæ gubernatio, tertio eundem Caluinistam in Rochelliam cum summo vrbis vel seruandæ vel perdendæ imperio induceret, etiam si Caluinista ille milites se futurum deinceps obstinatissimum Caluinistam & Caluinistæ causæ fidelissimum iuraret? Certa est & expedita responsio. Neque enim de Nauarræo tantum hoc incredibile est, sed si is vsque eò insaniret, milites ipsi & inprimis Ministri Rochellæ domini sese insanix eius interponerent, & ipsum Nauarræum vt mentis emotæ, vinculis potius censerent alligandum quàm Euâgelismi aut arcis Caluinianæ alicuius curam homini tam furioso tradendam. Qui ergo in Ecclesia catholica baptizatus fidei quam in baptismo professus est semel in Caluinismum incurrens naufragium fecit, & post arrepta pœnitentiæ tabula saluus enatauit, & in eandem Ecclesiam receptus veterique dignitati restitutus, tum rursus nauem suam pretiosissimis fidei & religionis Catholicæ mercibus onustam ad eandem infidelitatis Caluinianæ scopulos allisit, hunc quanquam planè reprobū & diuinæ prædestinationis sententia iam nunc damnatum cū Caluino & Beza non ausim dicere, tamen indignū esse qui vilius deinceps nauiculæ nauclerus fiat, qui ad vllum munus publicū assumatur, quis nisi metis inops nõ

Vv 4 concessæ

*Ab surdis-  
simus est  
vt Nauar.  
haer. relap-  
sus sit Ca-  
tholicorum  
rex.*

*Supra fol.  
388.*



concesserit: Nam totius regni hoc est hominum innumerabilium salutem fidemque & religionem non fidei sed infidelitati & periurio cōcedere, maioris certē dementiæ est, quam si Poloniæ proceres Mustapham Zaïsum Polonum, nuper Turcicum se legatum, quondā Christianū, sed postea factum christiano Arianum, & tum Calvinianum, & demum (qui est proximus gradus) è Calviniano circumlocutione Turcam, regem suum crearent, & eius fide Turcam (quæ est Calviniana multo Christianior) Ecclesiæ & regnum Polonicum quietē & Christianæ gubernatum iri confiderent.

An. 1583  
Surius in  
contractu.  
pa. 1099.

Sup. ca. 5.

6.

Neque verò iam opus arbitror longa aliquis ratione suadere, Nauarræus quæcunque pollicetur, quæcunque affirmet, quæcunque iuret, etiam iterum atq. iterū se anathematizet & æternis rebus deuoveat si pacta & promissa sua transgredietur: nullis tamen eius pactis, & promissis vel etiam iuramentis fidendū esse, nec eū vllis cū conditionibus ad regni gubernacula assumendū. Nunquā enim

Nauarr. iuranti nunquam esse credendum

etiam, nunquā firmitus, nunquā solennius, nunquā maioribus prestandæ fidei obligationibus se potest stringere quā iam olim sub Carolo IX. se detulit ad fidē Catholicā perpetuo retinendā. Et qui priuatus quoad galliæ regimen, regem suū Carolum decepit, qui regis fratres, qui Nuntium Apostolicum, qui Pontif. summū, qui totā Ecclesiam Catholicā Christianos principes insigni infidelitate eludit, & Dei timore videretur imbutus: an is iā manifeste professione Calvinista & fidei Catholice Christianæq. expers, fidem datā subiectis suis obseruabit? Sed quid loquor de fide datā, quam is qui est peccatus infidelis iuxta verissimam Theologorū omnium conclusionē dare non potest magis quam diabolus quem

D. Tho. 2. 2. quest. 100.



quem cum hæreticis fide præditū esse ex Apostolo  
 Iacobo prius admonuimus. Ideoque si dæmoni hu- <sup>Jacob. 2.</sup>  
 manam induēti formam & honore fideque sua in- <sup>19.</sup>  
 ter posita aliquid promittēti nequaquam propterea  
 credimus, certè nec Calvinistæ fidem suam Catho-  
 lico de re aliqua quoad religionē efficienda obligati  
 credere possumus aut debemus. Et Calvinistæ Ca- <sup>Caluinista</sup>  
 tholico hoc loco fidelē esse & præstare quod promi- <sup>non potest</sup>  
 sit, nō est modò improbable & incredibile, sed vix <sup>seruare fi-</sup>  
 est possibile, imò simpliciter possibile nō est, si verus <sup>dem iuratā</sup>  
 Calvinista sit, & Calvinianæ doctrinæ principia te- <sup>Catholico.</sup>  
 neat, & ex disciplina Euāgelij Calviniani actiones  
 suas moderetur & dirigat. Neq; verò garriat aliquis  
 ex fratribus hoc esse maledicū & contumeliosum: <sup>Sup. ca. 8.</sup>  
 sed ea quæ superius hac de re ostensa sunt, non ma-  
 thematicè ficta, sed politicè inrep. Galliarū gesta &  
 factitata, expendat, vnāq; omnes nostræ ætatis res-  
 pub. & principes Calvinianos percurrat: & si vel v-  
 nū aliquē quantiscunq; iuramentis astrictū, Catho-  
 lico principi, quum ex periurio aliquid lucrandi  
 occasio oblata est fidelē fuisse perspexerit, tū demū  
 me maledicum & contumeliosum esse clamet. Sin  
 verò vniuersam nostræ ætatis historiā perlustrādo,  
 infidelitatem & periurium sempiternū & indiuidi-  
 um Calvinismi in omnibus & singulis principibus  
 Calvinianis (Lutheranos enim, saltē omnes eius-  
 dem infidelitatis reos non dico) comitem esse depre-  
 henderit, tum certè non mihi maledicentia, sed illi  
 stupor & inertia imputeretur, si quis hoc falsum esse  
 clamauerit, quod ipsi Calviniani varijs exemplis,  
 plurimis periurijs, & continuata quadam Calui-  
 nismi sui tragica infidelitate verissimum esse com-  
 probarunt.

7 Narrant historici quū Carthaginenses secundo  
 bello Punico à Scipione Africano fracti domitique

V v s legas

7.



legatos de pace Romam misissent, & Senatores Ro-  
mani propter eorum crebram perfidiam & violen-  
tissimè quoties libebat fœdera, de conditionibus  
pacis ancipites hærerent; interim è patribus vna  
perfidiæ Carthaginensium infestiorum interroga-  
do succlamasse, *Per quos Deos fœdus iurari essent, cum  
eos omnes per quos ante ictum essent sefellissent.* No-  
sciebat enim quos deos fœderis testes inuocare pos-  
sent, qui toties ruptis fœderibus quæ per deorum  
immortalium nomina & sacra sanciuissent, om-  
nium Deorum & sacrorum contemptores manibus  
apparuisent. Eadem aut etiam maior difficultas  
Caluinistatibus fœderibus occurrit. Quem enim  
Deum, quos cœlites, quæ sacra in cõfirmatione  
fidei suæ (vt ita de infidelibus illis loquar) com-  
mendantur? Num Christianorum Deum beatissimam  
Trinitatem? At de Trinitate ostendi eos fidei  
prorsus nullam habere, de qua ita diuise sancto-  
rum Ecclesiæ, vt aliæ sint Samosatensianæ vnam  
diuinis personam statuentes, aliæ Paganæ tres Deos  
admittere se fingentes, nulla nec vna orthodoxa  
Christianè Trinitatem, hoc est Patrem ingentem  
Filium genitum, & Spiritum sanctum ex vtroque  
procedentem, omnes autem tres personas vna  
naturæ & consubstantiales credat. An vnus  
personam ex Mahometana fide testem inuocabunt?  
At illum Deum eiusmodi proprietatibus deformant  
ita eum quoque describunt in symbolo suo libidin-  
um, stuprorum, partidiorum, omniumque scelerum  
authorem & effectorem, vt ipsorum fratrum  
confessione Deus ille nihil quicquam à Satana  
differat. Et qualis erit illa pax, quantotempore de-  
raturæ, quæ Satanae inuocato numine coalescit?  
An Christum Iesum testabuntur, cuius se Evangelii  
reformatores, homines supercælestes & Christo Apo-

*Liuius  
Decad. 3.  
lib. 20.*

*Caluinista  
nullum ha-  
bent Deum  
per quem  
iurant.*

*Supra pa.  
274. 275  
276.*

*Supra cap.  
5. §. 2. &  
5.*

*Pag. 290.  
291.  
Nouus qui  
faisons pro-  
fession de  
la reforma-  
tion de l'E-  
uangle.  
Vide.*



stolisque sapientiores magnis lateribus iactant? At id cum tota eorum religione pugnat. Quum enim eorum plurimi Arianè sentiant Christum meram esse creaturam, alij in cruce desperasse, nec fuisse mundi redemptorem, alij nondum resurrexisse, nulli verum esse Deum patri consubstantialem credunt, blasphemia est in eorum Euangelismo vt mortuos Sanctos, ita mortuum Christum, aut vllas omnino creaturas nobis vel propitios vel vindices imprecari: cum præterea (vt admodum theologicè scribit Ioannes ille stigmaticus Nouiodunensis) *ne- mo asserere poterit an illis tam longæ sint aures, vt ad eas pertingant imprecationes nostræ.* Quod ergo iam super est firmandæ fidei authoramentum? Num per crucem Christi, per Euangelia, per sacra & sacramenta, antiquo Christianorum more iuraturi sunt? At illa crassa est superstitio in eorū Euangelio, nec vlla ratione tolerabilis: ideoque in suis cum rege Carolo & Henrico infidis fœderibus, inter alia capita pacificationis, de militibus, & exercitibus, & vrbibus, & castellis, & præsijs, & multis librarū millibus, illud adiecerunt tanquā quiddam graue & valde pōderosum, nolle se vnquam illo Christianorū more iurare, sed (quo facilius possint peierare) nouo ritu quem illis eorū Euangelista Nouiodunensis præscripsit. Quid multa? quū isti Athei omnia sustulerint obligadæ fidei vincula, quū nec Deū credant trinū nec vnū, nec Christū Iesum, nec in celo sanctis operibus præmium, nec in inferno periurijs & sceleribus supplicium, nec aliquem omnino veteris Christianæ religionis articulum: vt sibi aliquam nouam Christianam, aut moralem saltem fidem forment necesse est priusquam de re quapiā præstada Catholicis fidem dare possint iureiurando confirmatam. Vbi enim nulla est prorsus religio, quemadmodum possunt

*Launay' em  
la' republ-  
que Chre-  
sten. lib. 1.  
cap. 3. fol. 9  
Supra cap.  
5. para. 7.*

*Caluim. in  
antiq. art.  
- arisens.  
artic. 10.*

*Caluim. in  
nouus in  
randi mo-  
dus.*

*Supra fol.  
490.*

*Sup. cap.  
4. & 5.*



g.

possūt iuramēti religione pacta & fœdera deuincit?  
 8 Sed illustremus hoc paucis nostræ tempestatis  
 exemplis, ijs potissimum quæ & propter recentem  
 memoriam publicis vulgariū historiārum monu-  
 mentis consignata neminem mediocriter eruditū  
 possunt latere, & propter agentium arctā cum Cal-  
 uinistis Gallix cognationē, quid de Calvinistis Gal-  
 lis eadē fide præditis expectandum sit, possunt Chri-  
 stianos homines edocere. Aurangius vnicus in or-  
 be Christiano præter reginā Angliæ, Calvinianus  
 Gallicani fœderis princeps, an non solis mendacijs  
 & periurijs semel atque iterum, & ter & quater, imò  
 plus quàm vigesies (vt opinor) repetitis regnum il-  
 lud Flandricum & Hollādicum sibi fundauit? Eum  
 enim plurimis iuramentis religioni Catholicæ re-  
 gique suo fuisse obligatum, & varia eius in Bur-  
 gundia Flandriæque officia possessiones amplis-  
 simæ, Ordo velleris aurei, gubernatio Hollandiæ  
 Zelandiæque, equitum grauis armaturæ præfectu-  
 ra, locus primarius in Cōcilio regio, & alia permul-  
 ta declarant. Hæc siquidem munera & honores pu-  
 blicos legitimè à rege Philippo, vel à patre eius Ca-  
 rolo assecutus est, ijsque singulis adiuncta erant iu-  
 ramentorum sacramenta de religione Catholica &  
 obedientia regis semper retinenda. Quum tamen  
 hæresis Calviniana illic emergere inciperet, ille hoc  
 vsus adminiculo ad eijciendum regem optimum &  
 sibi valde beneficū, regnumque in Flandria sibi  
 comparandum: occultè seditioes Calvinistarum  
 Brugis, Antuerpiæ, Bruxellis, & alibi serere atque  
 fouere, clandestina, noctu facere cum Calvinistis,  
 Bergis & Bruxellis fœdera ne tum quidem destitit,  
 quum in Senatu regio sub Ducissa Parmensi prin-  
 ceptis, interdum mirificè Catholicum simularet, & de  
 suppressendis rebellibus consilia sua cum Catho-  
 licis

Suprà fol.  
383.

Multiplex  
periurium.  
Aurangij.



holicis in Aula proceribus cōmunicaret. Sed hæc  
 nec aliquis obijciendā non sunt. necesse est enim  
 iudicium aliquod discessionis vt à fide Catholica, sic  
 ab obedientia & regia existere, quod quum sine per-  
 iuris nusquam fieri posset (omnes enim vt in bap-  
 tismi professione, Ecclesiæ Catholicæ sic, iure loci  
 ubi nati sunt, & munerū publicorū quæ gesserunt,  
 honorum quos susceperunt, regibus suis Christi-  
 anis obligabantur) hæc prima perinria necessariò  
 sunt condonanda, quæ ita sunt cum nomine & re-  
 ligione Calvinismi implicata vt ea sine his à nemi-  
 ne possit concipi. Hic enim valeat necesse est illa A-  
 postoli sui Caluini regula, *Vt primum quis notitia veri-*  
*ta[ti] [Caluinianæ] illuminatus est, simul vinculis omnibus o-*  
*bligandi (Deo) Ecclesiæ, & regibus solutus est: & quibuscū-*  
*que huius noui Euangelij lux affulget, non dubium est Cal-*  
*uino supremo Pontifice cum illis dispensante, quin*  
*latim ab omnibus eiusmodi laqueis & iuramentis absolua-*  
*tor. Audio, sed postquam Euangelij istius lux affulsit ali-*  
*qui, isque plene iam nouæ veritatis notitia illuminatus*  
 Christiano factus est Calvinista, nōne semper  
 permanet à fide, à iuramento, ab honestate ciuili, à  
 perficiendo quod promisit atque iurauit æque liber  
 & solutus? Ita quidem videtur ex istius *illuminati*  
 principis historia. Hollandi infensi Duci Albano  
 extraordinaria quædam tributa exigenti, Aurangi-  
 um debilitatum eo tempore & exhaustum varijs  
 expeditionibus infeliciter susceptis, ducem sibi cō-  
 tra Albanum adoptarunt; sed prius expresse stipu-  
 lantes idque iureiurando, quod eos ab acerbitate  
 ducis Hispani sic defenderet, vt interim religionem  
 Catholicam nequaquam lederet. Quanquam enim  
 erat tum occultis in angulis apud Hollandos mul-  
 ta Calvinistarum, & Anabaptistarum, & Liberti-  
 norum millia, nulla tamen ciuitas aliam habebat  
 aut

*Omnis Cal-  
 uinista ne-  
 cessariò per-  
 iurus.*

*Suprà fol.  
 393.*

*Caluin. In-  
 str. lib. 4.  
 ca. 1. 2. 3. 4.  
 21.*



ant religionē quam Christianam, aut Magistratus, quam Catholicos: ideoque de religione conseruanda imprimis cauerunt. Hoc imitatur sunt pleraque Holladiæ & Zeladiæ ciuitates, quæ ita sese domini tui principis eius contra Albanum subiecerunt, vt de religione non violanda nec commutanda, solenne sacramentū exigent, & illo semper promptissime iurante obtinerent. At quanti ille talia iuramenta fecit, quàm sanctè illa seruauit, plurima templa & monasteria illic euersa, monachi & sacerdotes suspensi, Magistratus Catholici eiecti, & Calvinistæ in eorum locum suffecti, omnis generis hæreses introductæ, & liberè à nequissimis cuiuscunque sectæ ministris seminari & crescere permixtæ, vna Catholica religione suppressa & interdicta, luculenter & euidentissime probarunt. Initio quidem, tallium cædium, homicidiorum, & populationum culpam à seipso in milites hæreticos Anglos, Gallos, & Germanos, quorum ipse voluntati cedere cogebatur (vt agebat) & quos imperio regere non poterat remouit; sed post certo experimento & liquida veritate patuit, nihil prorsus à militibus gestū, nisi ipso cōmouente, & subornante, & incitante, & aliquando nefatia permulta aggredi iubente & cōpellente. Sed quia infinitū est omnia eius singularia periuria complecti, in vnico sed eo maximo maximeq; solenni, & quod sit reliquorū omniū instar insillam. Quū generali ferè cōsensu, Belgij Ordines cōtra Hispanos milites bellū gerendū decreuissent, antequam Archidux Matthias Gubernator factus est, ad cōmunis patriæ defensionē Aurangiu ex Hollandia accitū, primò tanquam mortuo Duce crearūt interregē: deinde sub Archiduce Gubernatore eum Generalem vicarium rebus communibus administrandis præfecerunt. In quo etiam timere

atque

*Historia  
omnes Flā-  
dricæ.  
Vide Edi-  
ctum regis  
Hisp. cōtra  
Aurang.  
an. 1580.*

*Suprà fol.  
485.  
Hypocrisis  
Aurangij*

*Romort.*



que inconsideratè fecerunt (neque enim id nega-  
 debeo quod ipsi postea libris emissis & impressis  
 genè sunt confessi) tamen non ita priuato odio  
 vindictæ indulgisse quin religionis Catholicæ  
 magnam curam habuerint, historia rerum tunc ge-  
 ritam certissima testis est. Postquam enim Ordi-  
 nes cum Aurangio de bello gerendo per legatos  
 composuissent, & de conditionibus vtrique con-  
 uenissent, isque ad exequendum quæ decreta fue-  
 rint ex insulis suis in continentem traiecisset, sta-  
 tim primo appulsu solemniter & serio iurauit tam pro se  
 quam pro Zelandis & Hollandis, se seruaturum pacificatio-  
 nem Gandauensem, nec vnquam permissurum vt aliquid  
 tentaretur contra pacem publicam, maximè contra religio-  
 nem Catholicam Romanam: sed pro sua virili castigaturum  
 quicumque tale aliquid molirentur. Hoc postquam  
 promiserat & iurauerat, subscripsit & signauit manu  
 sua. Rursus princeps Aurangius illud ipsum promisit &  
 iurauit, quum Ordines ei darent officium Prefecti ge-  
 neralis sub Archiduce. Hæc quæ omnia publicè gesta  
 sunt, & impressa idiomate Latino Gallicoque, & ex Ordi-  
 num omnium voluntate atq; præscripto, eorū exemplaria  
 missa sunt ad Regiã maiestati, prætereaque ad Imperato-  
 rem, ad reges Franciæ, & Portugalliæ, ad reginas matrem  
 & Anglicanam, ad Duces Savoia, & Lotharingiæ, &  
 Clouia, Guisæ: denique ad omnes serè principes, & Sta-  
 tus orbis Christiani. Si quis vnquam Calvinista fœ-  
 deribus & iuramentis teneri potuisset, hæc sanè  
 fuissent ad vincendum Aurangium potentissima.  
 Nam Gandauenfis illa pacificatio quam iurauit,  
 erat ipsi inprimis & honorifica & fructuosa, per  
 quam is qui amissa Ziriczæa, de retinèda Vlissinga  
 desperabat, & Hollandia expulsus totam Zelandiã  
 iam nunc erat amissurus: ipsam Ziriczæam, & Ze-  
 landiam, & Hollandiam totam, & alio quædam adia-  
 centia

*Multiplex  
 peritium  
 Aurangy.*

*Response  
 des Estats  
 du pays  
 d'Hainaut  
 à monsieur  
 l'Arche-  
 duc anno  
 1578.  
 a promis  
 iuree solen-  
 nellement  
 & serieu-  
 sement.*

*Licentiã  
 general.*

*Iuramenta  
 varia Au-  
 rangy Ca-  
 tholica.*



*Iuramentū  
Aurangj.  
solenne.*

*quàm pro-  
bè seruauit.*

*Response  
des États  
&c. ubi  
supra.*

centia repente nullo negotio est consecutus. Secū-  
dum quoque iuramentum quum in continentem  
ad Hispanos cum reliquis bello persequendos acci-  
tus est, multo magis eius potentiam stabiluit: &  
tertium iuramentum quum sub Matthia umbra te-  
nus Governatore Aurangius verè earum prouin-  
ciarum rector constitutus est, multo adhuc magis  
eius opes & magnitudinē auxit. Cūque hoc iura-  
mentum suo & chirographo, & sigillo, & solenni ad  
omnes Christiani orbis reges & principes transmis-  
sione roborasset, idq; ex omnium patriæ Ordinum  
consensu, tum eertè si vel eorum, vel sui, vel patrię,  
vel religionis, vel Dei vllam rationem habuisset,  
hoc pactum tam sibi commodum & gloriosum, &  
tot nouis additamentis firmatum nunquam viola-  
set. Cæterum post hæc toties repetita & tā solennia  
iuramenta paucè septimanę interuenerunt quando  
is nihilo magis iuramenta sua pendens quàm canis  
latratus & cuculus suos coccysmos, emisit in om-  
nes ferè prouincias Belgij suos incendiarios & la-  
criculos, qui incredibili furore profligarunt Ecclesiasticos  
& presbyteros, multosq; iugularunt. stuprarunt sacras vir-  
gines, contaminarunt & vastarunt Ecclesias atq; altaria,  
vbique confregerunt imagines, concularunt pedibus sacramen-  
ta, ipsumq; pretiosissimū Christi Iesu corpus & sanguinem,  
demolientes vsque ad fundamenta Ecclesias, monasteria,  
sacella, claustra, inuadentes & diripientes eorū bona &c.  
Nec exterminatis sacris & sacerdotibus contenti,  
mox nobilitatē & ordinem politicum inuaserunt, exautorantes  
eos qui legitime magistratus creati fuerant, quorum  
loco seditiosos hereticos sue qualitatis & conditionis consti-  
tuerunt, deinceps primarios quosdā Episcopos, prelatos, nobi-  
les proceresq; herodas & Consiliarios comprehenderunt,  
& eorum nonnullos suspenderunt, strangularunt, amputa-  
runt capita, occiderunt absq; vlla forma aut specie iustitię.

Deni.



Denique militaribus copijs armati laborarunt penitus ex-  
tinguere viros omnes honoratos, bonos & honestos, siue ec-  
clesiasticos siue Laicos. Hoc modo ille insignis Euan-  
gelicus, & Euangelicorum princeps, & coniunctif-  
simus Gallorum Calvinistarum & in primis Na-  
uarræi frater, tam multis suis iuramentis de pace,  
& quiete publica, & religione Catholica tuenda  
satisfecit. Hæc de Aurangio testificantur illi ipsi  
Flandriæ Nobiles qui eum euocauerunt, eiusque  
iuramentis confisi eum ducem suum creauerunt,  
nec nisi eius apertissima & nimis intolerabili perfidi-  
a coacti eum deseruerunt. Denique hanc fuisse  
eius generalem in gubernando regulam & normam,  
vt nihil fidem populis datam, nihil penitus diui-  
nam religionem curaret, sed eam semper ad suum  
commodum in omnes etiam contrarias formas  
inuerteret, literæ eius ad Ducem Alençonium missæ,  
& postea ad detegendam ingratisissimi hominis er-  
ga Deum principes, populosque omnes infidelita-  
tem euulgatæ & impressæ perspicue loquuntur.  
Quum enim princeps ille an oblatum Brabantia  
principatum acciperet nec ne, restitaret non nihil  
& hereret, partim ob quendam Dei timorem, quia  
Brabantium erant Calvinistæ, quos in heresi tueri  
sine graui in Deum peccato non poterat, partim  
ob humana pericula ex eo fortassis oritura, ne vi-  
delicet Galli propterea eum tanquam hæreticum  
à successione regni arcerent: his vtrisque incom-  
modis doctissimus iste Calvinista & Atheista vno  
hoc fidei Dei que negligendi præcepto sic occur-  
rit: primum nullo modo omittendum esse præsens  
quod offerebatur de Brabantia comparanda com-  
modum: quia vbi de prouincijs acquirendis agitur, tum  
ea in re nulla religionis habenda est ratio, vel eam ob causam  
quod singi semper possunt & inueniri media religionem ad

Extermi-  
ner tous  
gens de biē  
& d'hon-  
neur.

Surius in  
Comment.  
ann. 1582  
pa. 1022.



Confilium  
Aurangij  
de Arthesi-  
mo.

votum subditorum statumque causæ alterandi. Vt ergo nunc primò Ducatum illum adipisceretur, vbi potiores erant partes Calvinistarum, probandū esse Calvinismum, & eius defensionem subditis illis religiosissime iurandam, nec quicquam præmittendum quo se acrem Calvinismi propugnatorem ostenderet. At quemadmodum interim præcauere poterat ne Galli Catholici talem Calvinismi fautorem à suo regno adipiscendo repellerent? Optime: vt primùm enim à Brabantis admissus eorum vrbes & arces validiores suæ fidei traditas accepisset, ac iam ipse Calvinistis illis potentior euasisset, tum consulit vt Alençonius arces illas suis præ-

Aurang-  
ingratiss-  
mus prod-  
tor.

fidij Gallicis, etiam inuitis Brabantis & Flandris numat. Quo factò (inquit) incola poterunt ad eam religionem (Catholicam) compelli quæ vestræ Serenitatis conueniet instituto, atque ita Corona Gallica ipsi non poterit denegari,

Voiez. l'hi-  
storie des  
troubles du  
pays bas li.  
4. fol. 316  
an. 1577.

quando Galli hoc factò perspicerent, cum fuisse Catholicæ fidei adeo studiosum, vt Brabantos eius fidei gratia egregie circumuenerit, ad eamque fidem eos vel inuitos compulerit. Hoc modo insignis veterator & populum sui amantissimum nefarie prodidit, & principem illum suo diabolico Calvinismo inficere conatus est, & execrabilem se Dei totiusque religionis siue Catholicæ siue etiam Calvinianæ contemptorem probauit, & omnes Calvinistas principes, fœderatos imprimis suos Nauarræum & Condæum (cum quibus arctissima illi intercedebat necessitudo) edocuit nec pili faciendæ esse iuramenta quæcunq; siue de Catholica fide siue de Calviniana, modo ex ijs violatis aliqua potētiae amplificandæ spes illucesceret: & deniq; populis tanquã bestijs abutendū esse, quos modo ad Calvinismi, alias ad Libertinismi, mox ad Catholicæ fidei professionē pertrahere debebant,



debant, prout suis rationibus viderent expedire.  
 Archiepiscopus nuper Colonienſis quanquã  
 ſimulabat ſe Lutheranum, tamen quia eum à Cal-  
 uiniſtis inſtigatum, & præcipue Calviniſtarum  
 auxilijs innixum fuiſſe, & Calviniſtis plurimum  
 fuiſſe probant tot Calviniſtæ qui erant ei à con-  
 ſilijs, & alij Calviniſtæ qui illi auxiliatum vene-  
 rant, ſed in itinere in Lotharingia propter varia  
 atrocinita & ſacrilegia ſuſpendio perierunt, tot i-  
 tem Angli à Regina & Concilio Anglicano ad  
 eum iuuandum miſſi, & denique quod ad extre-  
 mum alijs omnibus deſtitutus ad Aurangium &  
 Hollandos Calviniſtas tanquam ad vltimum præ-  
 ſidium & Triarios ſuos confugit, in hunc ordinem  
 non inmerito aggregari poteſt. Quin & permulta  
 opera, eius Calvinianiſis quam Lutheranicis ſimi-  
 lora, vt quod non eccleſias deuſtrauit modò ſed alta-  
 ria quoque ſubuertit, Chriſti & Sanctorum imagines con-  
 ſecrauit, eccleſiaſtica ornamenta diripuit. Sacramentum pe-  
 nitentiæ conuulſit (altaria autem & imagines, & Sa-  
 cramentum, & ornamenta eccleſiaſtica admit-  
 tunt & approbant Lutheranij) docent eum Cal-  
 uiniſtis potius quam Lutheranis eſſe connume-  
 randum. Hic verò quam multis horrendis per-  
 iurijs ſeſe implicauit, quando ante paucos an-  
 nos è Chriſtiano Epifcopo factus Euangelicus  
 Superintendentens, Epifcopatum Colonienſem E-  
 piſcopis non autem Superintendentibus, Impe-  
 rij iure attributum voluit retinere? Primùm quum  
 nuptias non concubitus ſed conſenſus faciat, is autem  
 cum Agnete de matrimonio ineundo non conſen-  
 ſiſſet modò ſed concubitu quoque multarum ſepti-  
 manarum conſummãſſet, idque tum literis eius,  
 tum publica fama ad multorum notitiam veniſſet,  
 atque hoc ei à quibuſdam obijceretur, & vna quod

9.  
 Michael  
 Iſſeltius de  
 bello Colo-  
 nienſi li. 1.  
 pa. 16. 8 r  
 Ibi. lib. 2.  
 Ibi. pag.  
 252. & li.  
 3. pa. 285  
 Truſſeſius  
 Pſeudoepiſc.  
 Colonienſis

In regulis  
 ſuis.





*vbi supra  
de bello Co-  
lonienfi li,  
2. pa. 161*

*Anno  
1583. O-  
ctobris 11.  
vbi supra  
lib. 3. pag.  
371.*

*Multiplex  
periurium  
Trucesii.*

*Eccles. cap.  
4. 12.*

religionem mutare decreuerat: quia timebat ne  
ditionem suam iuxta prouincię leges statim amit-  
teret: vt tempus aliquod ad se firmiter muniendum  
lucraretur, audaci vultu illud de matrimonio sibi  
à suis amulis falso impingi asseuerat: & quod de religio-  
ne dicebant, luculentum esse mendacium. Se nun-  
quam id cogitasse, imò verò capite truncari malle quã  
à Catholica religione in qua natus erat recedere, cum ex-  
ecrationibus detestationibusque asseuerabat. Hęc quali-  
protasis periurij Trucesiani fuit. Reliquos autem  
actos exponemus breuiter quemadmodum in Im-  
perialibus Comitijs Francoforti explicati sunt, at-  
que ita probati vt nec à Trucesianis negari potue-  
rint. Primò cum in Archiepiscopum electus fuit, hæc iuxta  
antiquissimum morem conditiones sunt appositæ. Vt electus  
à summo Pontifice Romano suam impetret confirmationem  
vt sacerdotio se faciat initiari, vitamque ducat ordini &  
dignitati suæ conuenientem: vt tota vita sua fidem Catholi-  
cam profiteatur, eamque defendat & contra aduersarios tuea-  
tur. Hęc si facere nolit, ad Capituli requisitionem Archiepi-  
scopatum, liberè, purè, & simpliciter, in manus Capituli re-  
signet. Hoc iuramentum Trucesius electus Archie-  
piscopus coram electoribus suscepit, & postea co-  
ram primoribus & Senatoribus Colonie antequam  
Archiepiscopus proclamaretur, in chorum maioris Ecclesie  
Coloniensis introductus repetijt, & inuocato Dei nomine per  
sacrosancta Christi Euangelia confirmauit. Hęc duo vin-  
cula stringendo tauro non plane indomito pote-  
rant sufficisse. Sed quoniam quanquam iure  
ciuili duo vincula homines non improbissimos  
fortiter ligant, funiculus autem triplex & ratione &  
diuinis literis ad hoc efficiendum multò est neruo-  
sior, en tertium vinculum huic Archiepiscopo cir-  
cundatum. Habet diocesis Coloniensis pacta quadam  
solemnia qua Concordata prouincia vocant, olim inter Ar-  
chiepiscopus



chiepiscopos, Capitulum, & Ordines patriæ communi omnium consensu statuta & definita. Quenam verò illa? Ut Archiepiscopus nullam in religione mutationem insituat vel admittat; ipse in antiqua religione Catholica permaneat, eamque sartam tectam conseruet. Nulla feriat cum exteris principibus fœdera, ignorante vel non consentiente Capitulo & Ordinibus patriæ, nec militem extraneum in ducem ducat, & quasdam arces præcipuas non nisi indigentiarum præsidijs munit. Et hos etiam articulos omnes & singulos se seruaturum sacrosanctè iuravit Trucesius. Quod si quis adhuc plura desiderat, & in ampliore numero maiorem firmitatem & pondus esse existimet, eni adhuc præterea nouum de integro iuramentum quartum, & quintum, & sextum. Nam iuxta laudabilem & per antiquam Germanicæ nationis constitutionem, confirmationem suam à Pontifice Romano impetrauit, verum præiuramentum, confessionem, & iuramentum de antiqua Catholica Romana fide non violanda, sed vsq; ad extremum spiritum conseruanda & defendenda. Quinto quum à Suffraganeo sacris ordinibus initiaretur & presbyter feret, idem de fide Catholica iurauit. Denique assumptio admisso ad celebre Electorum Collegium easdem habuit conditiones annexas. Tum enim iurauit se Pacem religionis eiusque articulos omnes & singulos, etiam eum qui Ecclesiastica dicitur Exceptio inuolabiliter conseruaturum. Quem non dico hominem Christianum, sed vel civilem, aut omnino hominem, quem nisi plane belluam & equum hæc tot vota & iuramenta in officio non continuissent! maxime quum iuxta licentiam Romanæ Confessionis non simpliciter astringebatur ad fidem Catholicam, nec ad persoluendum continentię votum quod sacerdos factus emiserat. sed si luxuriari vellet, poterat quidem libere & fidem, & continentiam, & honestatem omnem, & Deum quoque derelinquere: sed

XX 3 ita tamen

Ibid. pag. 378.



ita tamen vt vna relinqueret Episcopatum, & in eo virum meliorem & fidei votiq; tenaciore iuxta leges Imperij & ecclesie ab ijs eligi quorum intererat, pateretur. Sic enim ab Imperatore, Catholicis, ipsiq; Protestantibus in plenissimis Imperij Comitij definitum est. *Si quis Archiepiscopus, Episcopus, Antistes, aut aliquis Ordinis ecclesiastici a veteri religione deficiat, is continuo decedat ab Episcopatu suo, profectura, beneficio, simul omnibus etiam fructibus quos inde percipit (quod ipsum tamen ad nullam eius infamiam pertinet) & collegio siue ijs ad quos ea res iure vel consuetudine pertinet, liceat & integrum sit eligere alium qui sit veteris religionis: quam ipsam conditionem inter alias Truchsius & in Electoratus vnione. & antea suo Collegio Coloniensi, & postea Diocesi: & denique Pontifici quum Confirmationem obtineret, promiserat sancteq; iurauerat. Poterat ergo etiam sine infamia iuxta leges Imperij, quanquam non sine nota Apostasie iuxta leges Dei, & fidem Catholicam abijcere, & non solum vniam Agnetem monialem cum Apostolo suo Luthero sibi inceste copulare, sed cum Montano duas etiã sorores tanquã Maximillam & Priscillã, aut etiam plures si illæ non sufficerent sibi adiungere: sed ita tamẽ vt episcopatu tanquam tali Lutherano vel Montanistæ nequaquam congruentẽ dimitteret. Verũ ille vt primũ illuminatus est quem admodum loquitur Calvinus, & euangeliũ luce illustratus, vel (vt ipse in Comitij Lutheranorum suorum Arenspergensibus concionatur) per quosdam homines tam superioris quam inferioris ordinis (in primis per sanctimoniam Agnetem) diligentius sacris literis instructus, & vera verbi Dei cognitione irradiatus: hoc est plane & simpliciter, vere tamen & ingenue, spiritu libidinis, luxuriæque & auaritiæ accensus: mox has iuramentorum catenas omnes siue à Deo*

Anno,  
1555.  
Sleidan. li.  
26.

Michael  
Iffelt. li. 2.  
pag. 215.

Euseb. hist.  
li. 5. ca. 17

Iffelt. li. 2.  
pag. 292.  
293.

siue



siue ab ecclesia, siue à Concilijs generalibus, siue à Catholicis Imperij principibus, siue etiam à Protestantium Ordinibus, siue deniq; ab Imperio toto sibi iniectas, tâquam telas araneorum perrupit, maluitq; patriam suam omnibus belli incômodis vexare, & Gallos Calvinistas, & Flandros, & Anglos, & quoscunq; externos ad Germaniâ populandam accersere, & plurima prouinciæ Colon. egregia monasteria, ecclesias, pagos, castella, vrbesque misere vastare, demoliri, incendere, & singulas iuramentorum tam solenniũ & toties repetitorum partes infringere, quam non se contemptu fidei & religionis, & latrocinijs, & sacrilegijs, & multiplici atq; infami periurio perfecte euangelicũ ostedere.

10. Quod si in Angliam transeamus, & illorum Calvinianum regimen contemplemur, illic perfectionem huius perfidiosissimi periurij reperiemus, utpote quã periuriorum, sacrilegiorũ & rebellionũ tanquam scholam atq; magistram vicinæ prouinciæ Calvinianæ suspiciunt, & à qua ad istas illis artibus imbuendas magistri mendaces & perfidiosi tanquam ex equo Troiano vel Lerna aliqua profecti exierunt. Postquam enim fœtus illius Aurangianæ in Flandria rebellionis iam maturuerat, si quæras quarum tanquam obstetricum adiamento is in lucem æditus est, historiæ communes principem, Consiliarios, Ministros, & mercatores Anglicanos tibi proferent. Si quæras à quo auctus & nutritus ad virilem magnitudinem peruenit, & tâtam potentiã est adeptus, vt partim viribus, partim fraudibus, regẽ Philippũ ex integra pene regionũ illarum possessione deiecerit? & libri historici, & epistolæ, & picturæ, & ipsa triuia consiliarios Anglicanos & reginã illã tibi circumsonabunt. Quæ postquã alios oes modos rebellionẽ illã cõfirmadi

IO.

*Perfidia Anglorũ erga regem Hispania.*

*Nuptia regina Angliæ cũ Duce Alenconia.*

Xx 4 tentasset,

& in  
iuxta  
ntere.  
olicis,  
ij Co-  
scopus,  
lgiane  
ctura,  
perce-  
inebit)  
periti-  
is reli-  
setius  
riensi,  
onfir-  
uraue-  
es Im-  
xta le-  
on fo-  
lo suo  
ntano  
scilla,  
adiun-  
li Lu-  
uentẽ  
quem-  
ce illa-  
n suo-  
osdam  
rimis  
is lre-  
hoc  
renue,  
entus:  
à Deo  
siue



tentasset, tandem & suam ipsius personam & vir-  
 ginitatem periclitata, innuptas nuptias cum vici-  
 no principe contraxit: quem omnesque vicinas  
 regiones vsque eo mirabiliter coniugij illius spe  
 illudit, vt de eo iam confecto, ratoque & consum-  
 mato certissimum se vulgo iactaret Aurangius, i-  
 dem creparent Galli, ad quod honorandum du-  
 ces militesq; Angli & Flandri in Belgio *omnia tor-  
 menta magno reboatu disploserunt, rogos ingentes straxe-  
 runt, epulas & conuiuia passim celebrant, nihilque quod  
 ad talem festiuitatem pertineret pratermiserunt.* cum sin-  
 gulari reginæ illius contumelia, quasi ea principi  
 illi tanquam marito copiam sui fecisset, quæ tamē  
 fortasse nunquam vinculum coniugale somniauit,  
 neque minus ab eo ex insula post festa conuiuia, &  
 nuptiales choreas, & geniales thalamos in specie  
 adornatos egrediēte virgo relicta est, quam ab eo-  
 dem primò omnium in insulam eam ingrediente  
 salutata est virgo, vt quæ in eum tantummodo finē  
 matrimonium hoc simulauit quò Belgæ in incepta  
 rebellione essent pertinaciores, nec de militum  
 & auxiliorum copiosissimis supplementis iā que-  
 quam dubitarent, quando tali licet falso coniugij  
 vinculo Galliam & Angliam, Angliæque regi-  
 nam Ducissam Brabantiae factam Anglicanas o-  
 pes cum Gallicanis copulasse ad eos iuuandos in-  
 telligerent. Si denique quæras eandem rebello-  
 nem iam senescentem & ferè decrepitam quis sul-  
 tineat, omnes norunt & vident reginæ illius præsi-  
 dijs vrbes Hollandicas occupari, reginæ illius nau-  
 uibus Americanas regis Philippi oras vastari, regi-  
 næ illius piratas ad naues regias Americanis opi-  
 bus onustis intercipiendas excubare, regē deniq;  
 reginæ illius classe in alijs ditionis suæ partibus bel-  
 lo implicitum distineri eum in finem, vt dum regie  
 vires

γαμος.  
 ἀγάμος.

Surius in  
 Comment.  
 pag. 1035  
 an. 1584.



vires alio auertuntur, Hollandicis rebellibus maior adfit quies & securitas, & ad se colligendum vrbesque contra regem muniendas maior suppetat potestas & opportunitas. atque hæc omnia sic perpetuò gesta multis annis antequam vel facto vel dicto reginam rex ille læserat. Et vnica illa impudens cauillatio qua hæretici Angli in primo rebellionis huius ortu regis Hisp. pecunias ducibus suis ad exercitus stipendia in Flandriam missas mero latrocinio (quid enim ego sicum suo nomine nõ appellem) inuaserunt, demonstrauit quid fidei à Calviniano principe aut Consiliarijs erat deinceps eobello toto expectadum. Quum enim Hispani mercatores supra octies centena millia ducatorum man in Flandriam deferentes, vt Calvinianos piratas Anglos Gallosque mari Britannico liberè grassantes vitarent, freti amicitia & fœdere regis sui cum Angliæ regina in portus Anglicanos fuissent inuediti: infestiores terra prædones quàm mari piratas inuenerunt. Regina enim à suis Consiliarijs instructa, ne talem prædam è manibus dimitteret, & vt simul ereptis Duci Albano militum suorum stipendijs, Aurangianis proditoribus tanto maius robur adderet: cauillata eas pecunias non esse regis Hispani *optimi fratris & fœderati sui* (sic enim loquebatur) sed mercatorum quorundam Genuensium à quibus eas certo fœnore mutuari vellet, vniuersas fisco suo intulit. Et quanquam eo commento nihil esset improabilius (nam Calecutij mercatores cù ea pecuniarum vi tam crebrò quàm Genuenses Britannicum mare nauigant, prætereaque & mercatores, & naues, & pecuniæ ipsa forma impressa veritatis fidem faciebant, & regis Hispaniæ in Aula reginæ legatus, & Nuncius à Duce Albano ad reginam missus euidentissimis documentis ostenderût

*Pecunie regis Hisp. perfidiose ab Anglis interceptæ an. 1568.*

*Vide editum reginæ & responsum legati regis Hispani in l'histoires de Flandres per Scastm li. 2. à fol. 113. vsq. 123.*

*Impudens mendaciâ Caluinistarum Angliæ.*





*Fœdus re-  
gina Angl.  
cum Rege  
Hispan.*

pecuniam eam esse regis Hispani) illa tamen in  
priori commento persistens esse pecuniam nõ regis  
sed mercatorum Genuensium, prædam omnem à  
piratis maritimis ademptam sibi reseruaui. A quo

*Guicciar-  
din in hist.  
Belgica.*

tempore vsque ad hodiernum diem, perpetuam  
quandam piraticam erga regis illius subditos ad re-  
bellium Aurangianorum defensionem exercuit.  
Ecquid verò hac tempestate intercedebat fœdus a-  
liquod reginæ illi cum rege Hispaniarum? & qui-  
dem arctissimum, sanctissimæque iuratum, nõ mo-  
dò antiquum illud domus Burgundicæ cum prin-  
cipibus Angliæ, sed nouũ inter hos duos principes  
ante paucos annos factũ, & quo regina in magnis  
difficultatibus posita contra potentissimos prin-  
cipes se maximè roborauit, proptereaq; regi Philip-  
po maximæ debebat, vsq; eò vt Gallici scriptores

*Belforest  
lib. 6. cap.  
26.*

eum reginæ eius *protectorem* vocent, eamq; reginam  
se *Philippi protectioni submisisse* scribant. Sed fides E-  
uangelica (Caluinismi) nullum fœderum, nullam  
amicitiæ, nullam quantæcunque beneficentiæ ra-  
tionem habet: & qui hæreticos omnes *naturalis af-*

*Rom. 1.  
2. Timoth.  
3.*

*fectionis* expertes ab Apostolo dictos meminerit, nõ  
mirabitur si Calvinistæ quos Euangelium & insti-  
tutio ad eò proditoria, maligna, ingrata, nefaria, &  
plane belluina infecit, aliorum sint hæreticorum  
maximè infideles, & erga ipsos amicos & patronos  
suos ingratißimi.

II.

11. Percurramus verò eiusdem reginæ cum alte-  
ro rege Galliarum fidelitatem quæ quidem sepe est  
iterum & tertio iurata, sed quo fructu & effectu cõ-  
munis experientia docuit. In tot enim subditorum  
Hugonotarum contra regem illum prælijs, ecqua  
manus Anglorum regi opem tulit? ecqua peditem  
cohors? ecqua turma equitum? An vllæ ciuitates  
vel contra rebelles defensæ, vel à rebellibus erepta  
sunt



sunt Anglorum fœderatorum opera? Quum Hispani, quum Itali, quum Germani, quum Burgundi regibus illis indignissime per suos ipsorum subditos nequissimos & impurissimos proditores oppugnatis suppetias tulerint, quod vel minutum supplementum siue militum, siue pecuniarum à fœderata sua principe regina Angliæ ad eorum auxiliũ vanit? Inaniter quid ea non fecerit inquiri, quum quid fecerit magis sit arguendum. Tanquam enim non cum regibus, sed cum illorum rebellibus, nõ cum Carolo & Henrico sed cum Colignio & Cõdæo fœdus petuisset, tanquam ipsa non princeps esset sed priuata, nec aliquid in se haberet generosi regum sanguinis, sed ex turpi & Catilinario Hugonotarum, & Geusiorum, & similibus rebellium atque proditorum semine fuisset concreta: ita his quoque regibus Gallicanis semper fuit infesta, & pro rebellibus contra reges illos stetit: Colignium suis opibus auxit, Colignium suis militibus iuuit, Colignio innumerabilem pecuniam submisit, Colignio supplementa rerum omnium terra marique suppeditauit, Colignio contra Franciscum primò, & tum contra Carolũ, & deinceps Nauatræo, Cõdæo, & Casimito contra Henricum Gallorum reges semper & consilijs, & auxilijs, & quibuscunque poterat modis adfuit, & cum illis ad veros reges deprimendos & opprimendos & regno penitus eiciendos, contẽptis fœderibus & iuramentis, opes & vires suas confociauit. Sed ne nimis generaliter & vage diffusa feratur oratio, quanquam hæc sunt in oculis omnium gesta, & facile possunt cuius innotescere, vnico tamen exemplo de fide erga posteriorem Gallix regem Carolum nonum perfidiosissime violata, Euangelicã principis & Concilij Anglicani in fœderibus seruandis fidem monstrabo.

*Fœdus reginae Angliæ cum rege Francia.*

Nullum



Anno

1571.

Poplin. li.

34.

Histoire de

M. Prig. lib.

10. ca. 7.

En parole

de royns &amp;

foydé prin-

cipe Chie-

ficienne.

Suprà fol.

382. 323

Nullum opinor fœdus multis annis aut honorifi-  
centius aut solennius factum, vel conditionibus  
exacte & subtiliter expressis descriptum accura-  
tius, quam quod paulo ante mortem Caroli I X.  
inter eum & reginam illam sanciebatur. Cuius in-  
ter alia multa istæ conditiones erant. *Principes illi ad  
mutuam alterutrius defensionem astringantur contra om-  
nes alios fœderatos, amicos, cognatos, & fratres, absque ulla  
exceptione personarum, cognationis, cause, aut alterius con-  
tractus. Mari subministrabunt mutuo alter alteri octo na-  
ues instructas & in ijs mille ducentos milites, terra si opus sit  
sex millia peditum &c. Formam autem iuramenti  
quod regina Angliæ præstitit, ad insigniorem hi-  
riæ consequētis memoriã ita historici annotarunt.*  
*Nos Elizabetha Dei gratia regina Angliæ, Franciæ, & Hiber-  
niæ, defensatrix fidei, promittimus & iuramus in verbo Re-  
ginæ & fide principis Christianæ, in manibus illustrissimi*  
*Ducis Memorancij Paris & Marescalli Franciæ, per sancta  
Dei euangelia, quod seruabimus & faciemus seruari sine  
vlla contradictione omnia & singula pacta, conuenta, & ar-  
ticulos fœderis, fidelitatis, & æctæ amicitie stabilite inter  
nos & Carolum fratrem nostrum. Nec patiemur aliquid in-  
nouari per nos aut subditos nostros quocunque modo directè  
vel indirectè in damnum aut præiudicium huius confœdera-  
tionis. Hoc fœdus tam diligenter compositum, tam  
sanctè iuratum, quam cito iniustissime ruptum est:  
Obsedit paucis post septimanis Carolus rex Ro-  
chellam non ipsi tantum, sed toti etiam orbi Chri-  
stiano rebellem, vt quæ Christianos omnes qui non  
essent religionis Rochellensis aut Aurangij principis  
subditi, tanquam hostes suos prædabatur. Rochel-  
lensium res in magnis versabantur angustijs. Ter-  
ra exercitus ingens eos acerrime oppugna-  
bat. Mari classis regia eos claudebat, vt nulla su-  
peresset vel terra vel mari rebellibus illis spes, nisi  
regis*



regis Gallorum fœderata fidem nuperrime datam  
 contemneret, & rebellibus illis more suo succur-  
 reret. Neque vero ea expectationem illorum fe-  
 sellit. Pauci enim menses effluxerant quum Mon-  
 gomerius cum classe ad auxilium ferendum adue-  
 nit. At classem eam vbinam comparauit? vbi ar-  
 mauit? In Anglia. Quibus militibus? Anglis,  
 quorum multas illic turmas collegit. Quibus præ-  
 fectis militaribus? Anglis, Châpernono, VVintero  
 Puluertoto, Morgano, & alijs permultis. Ex quib.  
 portubus soluerunt? Ex Anglicanis, Falmue &  
 Plinnue. Quamâ erat classis illius nauis prætoria,  
 & vt vocant, Admiralia? Anglicana *Prima-rosa*, quâ  
 regina Angliæ iam tum sophistice mercatori cui-  
 dam Anglo vendiderat. Quot Anglicanæ naues  
 eam sequebantur? Decem, sed illę decem Rochel-  
 lensibus quinquaginta quæ in eadem erant expe-  
 ditione, & magnitudine, & belli gerendi commo-  
 ditate præstantiores. Quum ad rem gerendam  
 ventum esset, cuius vexilla & insignia more milita-  
 ri in antennis nauium sunt explicata? Regi-  
 næ Anglicanæ, Hoc est fœdus, Hoc iuramentum hu-  
 ius temporis Anglicanum. Hoc verbum, hæc *fides*  
*principis* iuxta Euangelium & fidem Caluini *Chri-*  
*stianæ*. Sic illi per *sancta Dei Euangelia* iurant. Sic illi  
*nec directè, nec indirectè* contra fœdera cum principi-  
 bus Catholicis facta quidquam moliuntur. Non  
 solummodo regi naues quas pollicebantur non  
 reddunt, nec solum hostibus auxilia vt debebant  
*directè & indirectè* non negant, sed contra duplici  
 periurio, & regi quod æquum erat non submini-  
 strant, & hostibus eius quod iniquissimum & con-  
 tra fidem erat largiuntur, idque multo cum fœno-  
 re & redundantia: illis nimirum tribuentes naues  
 decem quas huic promiserant octo, nec præstite-  
 ruat

Insignia  
 perfidia  
 regina  
 Angliæ  
 erga regem  
 Franciæ.



runt vnā. Atque hoc ita factum est, vt & regi tunc  
 viuenti Carolo, totiq; regno grauissime nocuerit,  
 & Henrici fratres qui tunc vice regis exercitui præ-  
 fuit famam atque exultationem maxime laeserit.  
 Quum enim domiti fere essent rebellium animi,  
 duxque eorum peritissimus Lanoxus partim Mini-  
 strorum insolentiam dedignatus, partim felicem  
 successum desperās è ciuitate discesserat, vt magna  
 spes esset de illo rebellium portu & perfugio ca-  
 piendo, atque ita regno toto tranquillando: tum  
 hæc Anglicana classis submissa eorum & inflauit  
 animos, & auxit insolentiam: & quum paucissimis  
 diebus antea regis frater eos ad obedientiam regis  
 cohortatus, recenti fœdere & iuramentis Anglica-  
 nis fretus magna contentione asseueraret nullam  
 subesse Anglicani subsidij spem, tum eo ipso quasi  
 temporis momento hæc subsidia in alto mari com-  
 paruerunt, tanquam ad principem eum insignis  
 mendacij & vanitatis coarguendum. Cuius clas-  
 sis duces iuxta consilium quod in Anglia ceperant  
 ad Gallos vehementius terrendos, in summitate  
 malorum *Crucem rubram Anglicani regni insigne* ex-  
 erunt, vt Gallis quasi clarissimo buccinæ sonitu  
 denuntiarent, hanc expeditionem regina Anglica volun-  
 tate, & armis & opibus, & nauibus esse factam. Alia  
 exempla periurij & infidelitatis Anglicanæ facile  
 ad memoriam suam reuocare poterunt, qui vel in  
 rebus politicis vel etiam in historijs communibus  
 sunt versati. Ego enim vno vel altero exemplo me-  
 moriam tantum peritioribus redintegro, ijsque ad  
 alia repetenda tanquam viam commonstro: quæ  
 tot sunt erga Gallia reges egregia & obstupenda,  
 quot fuerunt in hoc regno rebellium contra regem  
 intestina prælia. Semper enim regina illa con-  
 tempta fide & fœdere quouis, suis opibus rebel-  
 lium par-

*Poplincere  
 vbi sup. &  
 La Val,  
 lib. 25.*

*Angli re-  
 bellibus cō-  
 par, regis*



um partes fouit. At de quibuscunque auxilijs re-  
 suppedatis quis vnquam audiuit? quæ historia  
 remorant? qui annales loquuntur? Fides nimi-  
 um Anglicana in hoc genere, nihil quicquam dif-  
 fert à Trucesiana, nihil ab Aurangiana: est enim  
 infecte Calviniana, hoc est summe periura, sum-  
 me Macchiauelliana, cuius euangelium hac in re  
 tem profus cum Calviniano hoc habet com-  
 mune & certissimum principium: *Principi peierare,*  
*contere, & dissimulare, sine vlla dubitatione licet.* Et rursus  
*princeps ingenium versatile & arte vsque factum in scui-*  
*um & perfidiam habere debet, & reipsa talem se prestare*  
*motus expedierit.* Quod à Macchiauello haustum  
 suas euangelicas *Institutiones* transtulit Cal-  
 uinus magistrum suum Macchiauellum antegres-  
 sit, quod Macchiauellus hoc solum principibus li-  
 cere putat, Calvinus autem non ad principes re-  
 tinxit, sed ad Calvinistas omnes, ad omnes ni-  
 scorum *fide sua illuminatos*, ad omnes quibus euange-  
*lium lux affulget*, hoc Macchiauelliani euangelij  
 principium accommodauit.

*nunquam  
 opè ferunt.*

*Macchian.  
 de principe  
 cap. 18.*

*Caluin. In-  
 stit. lib. 4.  
 cap. 13. §.  
 21. Vide  
 supra fol.  
 227.*

12.

Horum autem vtrunq; de perfidia & scui-  
 na, quemadmodum eadem Angliæ Regina erga  
 Scotiæ principes & matrem & filium exercuerit, præ-  
 stat silentio prætermittere quam paucis attingere  
 quod nec paucis nec multis pro rei magnitudine  
 potest explicari. Quemadmodum enim pictor ille  
 equum in bello Troiano historiam Agamemnonis  
 Iphigeniam filiam ad Deos propitiandos immo-  
 laturi depingeret, tristem fecit Chalcantem sa-  
 cerdotem, maestriorem Ulissem, lachrymâtem Me-  
 nelaum patrum, patris autem Agamemnonis ca-  
 put velo quodam operuit & inuoluit, quia sum-  
 mum illum luctum penicillo non poterat imita-  
 ri ita quum Anglicana fides fuerit erga suos domi-  
 subditos

*Cicero in  
 Oratore.*



subditos crudelissima & perfidiosissima, perfidiosissima erga regem Hispaniæ, perfidiosissima erga reges Galliarum: tum erga reginam & regem Scotiæ incredibiliter omnem modum excessit, omnes humanitatis limites est præteruecta, ideoque quasi obuolutam dimittere, historiam eam alijs malo cogitandam relinquere, quam rudi carbone meo eius deformitatem describendam suscipere, cuius nec leuissimam particulam vlla oratione possum consequi. Vnum hoc tantum modo admonebo, si quis à primo regni anno quo regina illa & Concilium Anglicanum Gallos regnum illud in obedientia reginæ & mariti Galliarum regis fide continentes expulerunt regni Scotici historiam perlustret, etsi plurima fuerint inter reginas illas fœdera, nunciij, legationes, munera, literæ, multa arctissimæ amicitie signa & symbola, semper tamen arctior & verior intercessit amicitia cum rebellibus contra reginam. Simulate, mendaciter, euangelice iuxta euangelium Calvinianum iurauerunt reginæ & filio, at vere, solide, & efficaciter concitarunt & fouerunt Iacobum Bastardum, & Catilinam Mortonum illis dederunt verba, his affuerunt rebus & operibus: his ad illos circumuendendos fraudibus, debilitandos factionibus, opprimendos viribus, ad prodendos & deiciendos à regia dignitate, præbuerunt quicquid intimi & potentes amici charissimis amicis & fratribus potuerunt impendere. Neque hoc ipsorum actores & fratres dissimulant. Quum enim infamis ille proditor, ille Catilina, alter Colignius. Scotorum flagitiosissimis Mortonus cuius propter infinita scelera & crudelissimam regis ultimi cædem caput in publico foro Edimburgi ante aliquot annos amputatum est, is postquam reginam è solio deturbasset,

Anno  
1559.

Mortonus.



basset, oppugnasset bello, inuasisset auctoritatem  
 regiam, verosque regis filij & reginae matris sub-  
 ditos plurimos interfecisset, regina autem Scoto-  
 rum charissimae consanguineae suae reginae Anglo-  
 rum peramicis literis & promissis victa in Angliam  
 secesserat, atque illic contra ius gentium & omnem  
 aequitatis & humanitatis speciem in carcerem esset  
 inclusa, infecutus paulo post Mortonus Anglicanae  
 reginae hortatu, ubi Londinum venisset, ea simu-  
 lans se velle summa aequabilitate causam reginae  
 Scotiae & rebellium eius audire, per Consiliarios  
 suos Mortonum & qui cum eo venerant primum  
 admonuit ut si fieri posset *res nuper in Scotia contra  
 regem & reginam gestas tam euidentibus argumentis con-  
 firmarent, ut eas fuisse iustas & ipsa Angliae regina persua-  
 sioni habeat, & alijs principibus rationem reposcentibus ho-  
 neste respondere posset.* Hoc vero (Deus bone) quem-  
 admodum fieri aut cogitari poterat! Ut enim sub-  
 diti sola ambitione moti contra legitimum regem  
 insurgant, ut eum circumuentum nefarie sine iudi-  
 cio nocturnis insidijs interficiant, ut contra legiti-  
 mam principem rebellionem concitent, ut eam in-  
 auditam & tamen ipsorum procerum suorum iu-  
 dicio stare paratam apprehendant & carceribus  
 mancipent, & fidelissimos primariosque regni sub-  
 ditos barbara immanitate trucident & suspendant,  
 ut haec omnia patrent, quo apostatam, bastardum,  
 spurium, nec regis quidem ut vulgo predicabatur, sed al-  
 terius nescio cuius, terrae, imo inferni filium in re-  
 giae sede collocarent: ut pauculi praedones & sacri-  
 legi saepius proditionis infamia notati, saepius damnati per-  
 fidae, saepius a furca nimis magna reginae indulgentia  
 redempti, reginae suae iidem sint accusatores, iidem  
 testes & iudices: imò ut ante iudicium datum, sen-  
 tentiam qualis ipsis videbatur contra principem

*Euchana-  
 nus histor.  
 Scoticae, lib.  
 20. pag.  
 703. & 62.*

*Blacnoda  
 apol. pro  
 regibus, ca. 6  
 2. pag. 341*

Yy innocetia



innocentissimam exequantur, & humana diuinâque omnia iura peruertant, & regicidij ab ipsis commissi pœnas à regina exigant: hoc quemadmodum probare Mortonus & socij poterant, aut reginæ Anglicanæ iuste facta persuadere? Quanquam si vel leuem umbram tolerabilis persuasionis moliri potuissent, non dubium est quin ea suffecisset. Sed quoniam tam crassis & belluinis furoribus nullus probabilis fucus potuit obduci, ideoque à proclitoribus illis postulare ut ea iuste facta persuadant perinde erat ac si eos iuberet cœlum digito attingere, aut camelum per foramen acus adigere: eam ob causam regina Angliæ hanc nimis arduam difficilémque prouinciam admodum gratiose considerans, per eosdem suos consiliarios significauit, id minus prestare possemus (inquit ex actoribus & perduellibus vnus) nec vllas immanium facinorum causas probabiles afferre, tamen reginam nihil profus omissuram quod ad incolumitatem nostram & defensionem facere queat. In quo regina illa re & opere ita dicit, quod etsi sacrilegia illa, etsi rebelliones, & periuria, & homicidia, & regicidia, & alia facinora quibus nec cogitari possunt magis infanda & horribilia essent toti mundo apertissima, quæ nec ab ipsis illis carnificibus possent excusari: etsi ea cum rege & regina Scotiæ plurima habebat & fœderum, & iuramentorum, & cognationis sanguinisque vincula: tamen quia ab ijs omnibus eam generali quadam dispensatione liberabat lex euangelij Calviniani, idcirco velle se rebellibus, & sacrilegis, & periuris, & homicidis, & regicidis illis adhærescere, nec quicquam profus omittere quod ad incolumitatem illorum pertineret, nec item quicquam prætermittere quod faceret ad reginæ matris & regis filij euerfionem, quorū vtrūq; & matris

Ibid.  
Nota nostra  
hilem im-  
probratiu  
defenden-  
de profes-  
sionem.



& matris luctuosissima cæde, & plurimis contra filium excitatis rebellionibus manifeste deinceps usque ad hodiernum diem patuit. Sed abrumpamus ista necesse est, nisi in infinitum velimus perpetuare orationem. Est enim Anglorum Calvinistarum perfidia immensa quædam abyssus Atlantico Oceano profundior. Nec tam molestum est noua continenter exempla perfidiæ & periurij illic inuenire, quam arduum, & ut opinor ne possibile quidem, vnicum proferre exemplum eorum fidei & veritatis. Neque sane arbitror vllum existere exemplum fœderis ab illis cum vlllo Catholico rege, Lusitano, Hispano, Imperatore, Gallo, Scoto seruati, si tamen vel aliqua proprij commodi, vel leuis Euangelismi sui fœditissimo periurio iuandis spes emitteret. At periuriorum & violatorum fœderum erga omnes Christianos reges, & in nauibus Lusitanorum piratice captis spoliatisque, & Mauris Turcisque contra regem illum sollicitatis, & in multitudine rebellium Flandrorum & Francorum, in Aurangio, Ludouico, Colignio, Montgomerio, Castilionæo, in ciuitatibus Franciæ Flandriæque occupatis & contra reges illos defensis, in Truclefio contra Imperatorem & pacem Imperij Anglicanis præfidijs adiuto, & in Scotia iam 30. annos totos ciuilibus tumultibus & coniurationibus concussa atque vastata, innumerabilia exempla superunt.

13 Quare vt ex Anglia in Galliam vnde digressi sumus reuertamur, illic Calvinistas nullâ iuramentorū habere rationē quid opus est nouis argumentis docere, quum illud tam multis historijs atq; experimentis iam prius luculenter probatum dederimus. Omnia si quidem eorum bella an non erant infinitis periurijs cōtra Deum & regem cumulata? 137

Yy 2

Nam &amp;



*Omnes Hugonotatum in Gallia reserum per iurio gesta.*

Nam & cōtra regem eum tanquam perduelles bel-  
 labant, cui obedientiam iurauerant, & contra Ca-  
 tholicam religionem pugnabant vt Apostate atque  
 hæretici, cuius in bapulmo promiserant & deuo-  
 uerant se fore in aeternum defensores. Ergo quoti-  
 escunq; in acie contra regē stabant, periuri erant.  
 Quotiescunq; sub Condæi aut Colignij vexillis  
 contra regem regioiq; militabant, periuri erant.  
 Quoties Ecclesias diripiebāt, quoties interficiebant  
 presbyteros, quoties destruebāt sacella, quoties va-  
 stabant monasteria, in tota sua Caluiniana milita-  
 rebelles, sacrilegi, & vnā contra Deum, Ecclesiam,  
 regemque suum, iterum atque iterū periuri erant.  
 Neque tamen ego illud solum animaduertendum  
 dico quod ita factis operibusque suis periuri sunt,  
 sed etiam quod Euangelio suo, quod disciplina,  
 quod conscientia ad periurium impelluntur, atque  
 ita impelluntur, vt Calvinista Catholicis iurans  
 quando ad utilitatem Eaangelij fallere potest, si tū  
 non pēserauerit, is ab eorum congregatione vt im-  
 pius & fidē Euangelicus veterum Euangelicorum  
 cōsortio indignus repellitur, vt peccator maximus  
 eōdemnatur. Sic enim à clarissimis ducibus in cō-  
 gregatione solenni definitum, & sacramentaria ce-  
 na (quod est grauissimum inter fratres rei confir-  
 mandæ symbolum) ratum factum est, idque Ro-  
 chellæ, vbi tum ministri potissimum dominaban-  
 tur vt suo loco ostendimus. Qui etsi à rege & quo-  
 ad conscientiam intrinsecè credendi, & quoad li-  
 bertatem externè ex omnibus in orbe terrarum  
 sectis, quam vellent, & qualemcunq; cuperent eli-  
 gendi & profitendi liberam haberent copiam, nec  
 quicquam omnino poterant desiderare quod rex  
 illis non indulserat, ijque vicissim regi Carolo obe-  
 dientiam eo ipso tempore iurassent: vt primū ra-  
 men

*Suprà fol. 393. 394. 395.*



men fratres Euangelici cœpissent iuramentum  
 illud Caluiniane interpretari, *Fidem quidem regi  
 datam seruandum esse verum est, sed cum multis ex-  
 ceptionibus, quarum præcipuæ sunt, ne id fiat cum  
 periculo proximi, multo minus cum detrimento gloriæ  
 diuinæ: nunc autem innumeri sunt per Galliam  
 fratres Euangelici, multa Lutherandorum, mul-  
 ta Anabaptistarum, plurima Libertinorum mil-  
 lia, qui nisi vos opem feratis in magno versantur  
 periculo, valdeque obscuratur diuina gloria nisi  
 tales Euangelici liberè crescant & multiplicentur,*  
 & istis certè temporibus *duplicatis peccatum vestrum  
 nisi fœdera & iuramenta regi facta rumpatis, non mi-  
 nus quam peccauit Herodes qui Iohannis caput filie pro-  
 misit, & vt promisso staret amputauit: hoc commen-  
 tario postquam interpretes illi iuramentum illu-  
 strassent, Rochellenses statim spiritu Euangeli-  
 co pleni obedientiam & iuramentum quod regi  
 fecerant rumpendum esse decreuerunt, & noua  
 cum cæteris Galliæ rebellibus fœdera & conspira-  
 tiones suscipiendas, easque sine mora studiose  
 coiuerunt; ne si fideles regi Christianissimo diu-  
 tius manerent, atrociter Deum offenderent, &  
 Herodiano peccato seipsos illigarent, perinde ac  
 si sanctissimi prophætæ Domini præcursoris ca-  
 put abscidissent. Quemadmodum autem mini-  
 stri, & synagoga, & duces inferiores Caluinistæ  
 ex verbo Domini censuerunt esse maximè Euan-  
 gelicum fallere Catholicos & mendacijs periu-  
 risque eorum ora oblinere, sic etiam ipse prin-  
 ceps Condæus alter Caluinismi Atlas cum mini-  
 stris & ducibus illis ex supremi principis Navarraei  
 sententia statuit illud esse optimè factum & Euan-  
 gelij Caluiniani puritati inprimis consentaneum.  
 Quum enim Catholici in generali illo Ordinum*



An. 1577 Gallicanorum conuentu Blesensi declarauerant, eam etiam si promississet libertatem religionis Calvinistis, non teneri tamen ad eam tribuendam, eo quod Calvinistæ conditiones ex quibus illa libertas pendeat & cum quibus adiunctis data fuerat perfidiose violassent, quorum permulti abiurauerant religionem Hugonoticam quam tamen deinceps amplexi fuerant: ij quoque & alij plurimi iurauerant se pro eadem hæresi nunquam cum rege bellum gesturos, in quo tamen rursus fidem data frangerunt, ideoque quando illi prius infideles & perfidi fuissent, improbè requiri à rege ut is peritiorum & proditoribus illis fidem datam seruet: Princeps Condæus tanquam chirurgus Calvinianæ medicinæ peritissimus his utrisque vulneribus unico hoc emplastro medetur, videlicet quod iuramentum factum cum detrimento Calvinismi neminem Calvinianum obligat; quin potius Calvinista quisque obligatur illud contemnere & rescindere ubi primum datur oportunitas. Sic enim scribit in sua protestatione contra conuentum illum Blesensem, idque cum consensu & approbatione regis Navarrei.

*Principes Calviniani profitentur se nulla cetera fœdera seruaturus.*  
 Promissum illud Evangelicorum de armis contra regem non seruendis, & de abiurata religione (Caluiniana) factum est contra bonos mores, contra Deum eiusque religionem, & causa est peccati, ideoque qui tali promisso se obligarunt, illud seruare minime tenentur. Præterea promissum illud exprimebatur timore. Timebant enim crudelitatem & tyrannidem Papistarum, quod satis est ad eos à vinculo promissionis sue absoluendos. Ita non solum facta neglexerunt vota, promissa, iuramenta sua Calvinistæ quoniam id vel sibi commodum vel Catholicis fuisset incommodum, ut ex omnibus eorum tota Gallia prælijs, conjurationibus, captis viribus, Auragamis, Anglicanis, Casimirianis, Bipontinis, multisque talibus

*Conforme-  
ment à la  
volonté du  
Roy de Na-  
uarre.  
Histoire de  
Poplin. lib.  
4.  
La Val. li.  
33. Ann.  
1577.*



talibus contra regem & repub. fœderibus patuit: sed etiam generali quadam regula statuerunt quicquid iurauerunt Catholicis, si illud iuramentum cum minimo Calvinismi detrimento sit coniunctum, eo ipso fieri *contra bonos mores, contra Deum, quia fit contra eius religionem Calvinianam, & cōsequēter esse causam peccati*, à quibus omnibus iuramentis non opus est Calvinistæ nouam aliquam relaxationem quærere (quod tamen facillime eis largitur euangelium) quando hic generali quadam dispensatione à talibus vniuerse *per suprema ecclesie Gallicanae capita* Condæum & Nauarræum absoluuntur. Fingite verò iam Nauarræum Catholicis de religione Catholica non lædenda maximis quibusque promissorū & iuramentorū ponderibus & religionibus cauere: si tamen vnà meminerimus quid ipse de religione Catholica & Catholicis sentias, nisi nimium stupidi sumus statim aduertimus nihilo plus esse in promissis & iuramentis illis momēti, quàm si stupeo filo Sampsonem aut Herculem velis alligare. Calvinistis enim Catholici sunt Cananæi, sunt Moabitæ & idololatræ, & Catholica religio est illis idololatrica & summe in Deum contumeliosa, & Calviniano Euangelio hoc maxime insitū & innatum altissimèque impressum est vt omnibus neruis eam euertat & dissipet, ad quam exterminandam videmus illos fratres etiam quum priuati essent in tota Gallia contra reges obstinatissime depugnasse, nec vllis detrimentis, cædibus, & internecinis stragibus ab incæpio destitisse. Et quod priuati subditique fecerunt contra reges, id cum reges euaserint non facient contra subditos & priuatos? Cum rex eos ad tale bellum animauerit, non multo magis contra fidem Catholicam exardescent: Cum reges aduersarij eos frænarent, qui tamen

*Iudic. 16.*

*Nulla fides habenda Nauarr.*



Euangelium eorum ad fidem Papisticam destruendam impellebat, vt hæresim suam auerent, pro ea inuitis regibus ad arma prorumpabant, & illa immania facinora in sacerdotibus, in tēplis, in totis vrbibus succendendis patrabant: & quum præter hæresim rex quoque eos ad bellum cohortabatur, quum ad sacerdotes tanquam hostes suos & Euangelij sui mactandos si non verbo, saltem facto, voluntate, tacita approbatione commouebit, nõ multò magis ad omnem seuitiam feritatemque incitabuntur: Et quemadmodum potest rex non omnibus viribus suis ad fidem Catholicam radicibus euellendam coniti, cuius auribus perpetuo ministri insonabunt idcirco gladium esse ei diuinitus traditum tanquam alteri Sauli, vt Catholicam fidem & Amalechitas illos Papistas funditus disperdat? Num ille causabitur iuramentum suum factum Catholicis subditis, qui tota vita nullum habuit curam iuramenti quod fecerat Catholicis regibus, & qui iam antea persuasissimum habet tale iuramentum esse *contra Deum, contra bonos mores*, cuius observatio peccatum est non minus horribile quàm si Iohanni Baptistæ ipsisque Apostolis Saluatoris nostri crudelem necem afferret? Num ille vt Papistis antiquis hostibus suis gratificetur, patietur se præscis illis tyrannis & persecutoribus, Herodi, Neroni, Domitiano, à suis reuerendis ministrellis annumerari? Aut num illi hoc prætermittent, qui viginti sex annis totis nihil ferè aliud in suis consistorijs, concionibus, cœnis, in sua bellica & cruenta theologia, inculcarunt? Aut verò si non statim hac via difficili & aspera, sed alia multò magis leni & trita ingressurus sit, fidemque suam re ipsa variaturus quemadmodum Ministri suas variant concionandi rationes, qui nunc è suggestis præ-



fuis prædicant & libellis æditis disputant, Deum  
 nemini reuelare Euangelij veritatem vt ea sit am-  
 pliffimi regni amittendi causa: quumque Ministri  
 Germaniæ suis largiuntur principibus Electoribus  
 vt ad eligendum Imperatorem Germaniæ, dimi-  
 diatæ Missæ interfint, multò magis ipsos dispensare  
 posse cum Nauarræo, vt ad lucrandum opulen-  
 tissimum regnum Galliæ Missam integram se-  
 mel atque iterum audiat; & hanc item ob cau-  
 sam posse cum hoc turbulento & periculoso  
 tempore iurare Catholicis Catholicæ suæ reli-  
 gionis conseruationem, quando sine his duobus  
 regnum illud non possit assequi: si inquam ille  
 ad istis ita persuasus horum vtrumque fecerit,  
 & Catholicis quolibet iuramento quantiscun-  
 que conditionibus & circumstantijs deuincto quod  
 requirant pollicitus fuerit, & ad aliquod tem-  
 pus hoc totum verè fideliterque præstiterit: num  
 postea quando in folio regali securus confide-  
 bit, Ministri obliuiscuntur ei suggere alterum  
 illud effugium, se iurasse quidem sed *timore ad-*  
*ductum*, ne Catholici ad eum turbandum & à  
 Corona Gallicana repellendum perniciosè con-  
 spirarent, & bolum tantopere expetitur è fau-  
 cibus eriperent? Nunc verò postquam regni pos-  
 sessionem est adeptus non debere eum deinceps  
 iuramento stare, neque verò teneri, quando *ti-*  
*mor ille* quo compulsus iuramentum dedit, longè  
 grauissima causa est & abunde sufficiens *ad eum à*  
*vinculo suæ promissionis absoluendum*. Atque his ego  
 potissimum argumentis ductis à natura rerum, à  
 natura huius hæresis, à generali Calvinistarum  
 omnium praxi, ab eo quod est in Nauarræi animo  
 altissimis tanquam radicibus funditus infixum,  
 vt mutari non possit, Nauarræum infidelem esse  
 & Catho-



*Alfredi  
Nauarræ  
perfidio-  
sissima.*

*Anno  
1575.*

*Supra pag.  
161. 162*

*Teu de tri-  
pot.*

& Catholicis perpetuo infidelem & perfidiosum futurum demonstro. Qui si ad particulares eius actiones, ad pacificationes, ad fœdera, ad pacta, & conuenta cum varijs ciuitatibus velim descendere, multitudine immensa turpissimorum periuororum, & promissorum impudentissime violatorum hoc totum magis adhuc clare euidenterque ad communem hominum simplicissimorum intelligentiam facile possem illustrare. Et quidem si quis historiam rerum eius gestarum inchoare velit ab eo anno quo è Catholice Christiano euasit Caluinianæ Euangelicæ, is omnino & in omnibus & singulis (opinor) publicis actionibus comperiet eum pro fide Christiana fidem adhibuisse vere Caluinianam, hoc est, verissime Mahometanam & Antichristianam. Mox enim etsi Henricus è Polonia reuersus, iam tum Caluiniani in Gallia regni fundamenta exorsus, Nauarræ suisque sectarijs quibuscunque, omnis generis hæresum serendarum summa cum securitate largissimam fecisset copiam, modò deinceps cum suis quiete sine aliqua Status publici conturbatione viueret, quod ille & in Aula moratus, & ex Aula profugus quando edictum illud pacificationis emittebatur sanctissime iurauerat: eo tamen ipso anno, & semper in posterum, quid aliud fecit, deliberauit, molitus est, quam quo modo vrbes contra iuramentum regi datum interciperet, interceptas contra fidem ciuibus datam muneret & præsidijs suis Gasconicis oppleret, earumque ecclesias contra fidem & regi & ciuibus, & Deo ipsi iuratum summo cum sacrilegio diriperet & expilaret, multisque in locis funditus excinderet. In ciuitatem Agenensem solidæ & securæ (vt putabatur) pacis tempore sub specie iocos ludosq; hilariter agendi admissus



admissus est, sed prius grauissimis iuramentis & in nomine regis Christiani, & in fide baptismi sui, ciuitatis eius Magistratibus se obstringens nihil se penitus in ciuitate ea immutaturum, multo minus militares aliquas copias praesidij nomine eis impositurum. Et tamen paucissimis post horis, eodem ipso die à meridie quatuor militum cohortes vage & dispersè palantes ne auerti possent ciuitatem ingrediuntur, qui numerus paulo post duplicatus est: moxque ciues omnes ad magnum pecuniarum numerum pendendum compulsi, perinde ad si legitimo bello oppugnati, capti, & subacti fuissent, egregium fratrum Prædicatorum monasterium penitus euersum, nisi quod ad arcem construendam aliqua pars reseruata est, ecclesie aliæ spoliatae, Catholici omnes eiectione in exilium: nec foeminae horum crudelitatem effugite, quantum multis matronis honestissimis vis turpissime illata, è quibus vna sic constuprata, vt altera Lucretia non quidem gladio suo sed partim raptoris iniuria, partim mærore & sceleris indignitate interijt. Anno 1579. profecta ad Nauarræum regina matre, post longas vltro citroque deliberationes & disputationes tandem pax confecta est: Ad quam bene, firmiter, directè, & sincerè obseruandam, Rex Nauarræus, Princeps Condens, & viginti alij illustriores reformata (qua dicitur) religionis nobiles iurarunt. Mox Regina ad Regem Parisios, spei & gloriæ plena quasi omnia in Guienna & Gasconia egregie pacificasset reuertitur. Vix autem ea Curia regalis limen attigerat cum ecce frequentes nuncij aduolant Nauarræum esse in armis, ciuitatesq; insignes cepisse, Cadurcum, Mendé, & Insulam, imminere Rhodis, & multas præcipuas Guienne & Gasconia vrbes nisi mature succurratur in summo esse discrimine.

*A Nerac.  
Vide articulos apud  
la Val lib.  
38.  
Religion  
prezondica  
reformée.*

*Calors  
Mende  
P'Isle.*



discrimine. In eas autem adeo perfidiose occupatas qua clementia vsus sit ex Cadurcensi cōijci potest: vbi præter multas virgines & honestissimas matronas vsitato fratribus Euangelicis more violatas, omnes ciuium domus militibus in prædam & direptionem datæ sunt, septedecim ecclesiæ prius auarissime & sceleratissime spoliatæ post à fundamentis excisæ, monumenta & sepulchra euersa, ossa sepulchrorum siue principū siue Sanctorū eruta & abiecta, SS. reliquiarū thecæ & capsæ ablata, fuse, & in domesticos vsus culinae vel mensæ Nauarræi cōmutatæ, vt vel ipso Baltazare tyranno illo Babylonio magis prophanus Dei & factorū contemptor omnibus innotesceret: qui etiam in vasis aureis & argenteis quæ è templo Hierosolymitano asportata fuerant cum suis Nobilibus & mulierculis bibit, tamen ea proflus fundere & suis vsibus accommodare ausus non est. Quo die hæc pax ad Sanctum Seuerum Nauarricę gubernationis oppidum publicata est, eundem diei nocte proxime consecuta vicini castri milites prædianij, celebrem Abbatiam nocte adorti monachos in suis lectis dormientes pugionibus confossos obruncarunt, Prioremque quod non statim expiraret, immisso in lectum puluere tormentario in cineres redegerunt. Hac eadem omnino fidelitate & posteriores quædam pacificationes ab isto fidelium principe seruatae sunt, cuius rei locuples testimonium præbent vrbes Tartas, & Montmarfan quæ in summa pace à militibus Nauarricis admotis noctu scalis occupata & primarijs Catholicis iugulatis direptæ, planèque hostiliter depopulatæ sunt: aut etiam Bourdellois vbi duo fratres quod ab Hugonotica fide ad Catholicam redijissent, in domo sua obsessi, & tandem sub fide regis, de vita futura ipsis salua se dedentes,

Daniel,  
cap. 5.

Ibi. ver. 3.

A Flex &  
Cantras.

La-fite.



lentes, illico in gratiam cuiusdam Nauarræo cha-  
 rissimi gladijs confixi obruncantur. Et vt bre-  
 uis nec singula fastidiose confectæ quæ aliun-  
 de nullo negotio peti poterunt, hoc ipsum nuper  
 ab eo & charissimo suo, vti vocat, fratre Hypocri-  
 ta Tyranno pridem extincto contra antiquissi-  
 mum & toto Christiano orbe celeberrimum Pa-  
 risiense Parlamentum, erectum nouum & adul-  
 terinum Turonibus falsi nominis Parliamentum,  
 eodem prorsus modo spiritûque quo Ieroboamus  
 nouum in Bethel idololatricum templum vitu-  
 losque aureos contra antiquum Salomonis Tem-  
 plum verumque Dei cultum Hierosolymis insti-  
 tuit: quid est aliud quam manifesta quædam pro-  
 testatio de singularibus iniurijs Catholico Gallia-  
 rum statui & nomini in præsentia in dies singulos  
 illatis, & deinceps in posterum continenter infe-  
 rendis? Cuius item egregij conuenticuli Sena-  
 tores & præsidēs iam nunc propter summum  
 suum in sinceros Catholicos (quos *federatos vo-*  
 cant) odium, maleuolentiam, & iniustitiam adeo  
 infames sunt, & qui veros Catholicos tam innu-  
 meris damnis, multis pecuniarijs, carceribus, exi-  
 lijs, bonorum publicationibus, & crudelissima sæ-  
 penumero morte afficiunt, vt eorum Senato-  
 ræ togæ non tam suo natino Tyrio colore  
 quam copioso miserorum Catholicorum sangui-  
 ne, vulgari sermone dicantur purpurascere. Et  
 tamen post hæc & alia huius generis innumerabi-  
 lia, rex iste per antiphrasin Christianissimus non  
 solum per suos conductos tabulas asseuerare, sed  
 ipse sæpenumero *per fidem suam* non tantum Cal-  
 uinianam sed etiam *regiam* deicere consuevit, se-  
 nunquam malum aliquod Catholicis intulisse,  
 quin potius eos defendisse & in posterum *vnâ cum*  
*suare.*

Fauas,

Supra pag. 329.

3. Regum 12.

Les Es-  
guents.

Obudorem  
& fidem  
regiam.



*Verbo edi-* sua religione Catholica, Apostolica Romana defendere  
*fit à S.* velle non minus quam amantissimos suos Hugo  
*Clou, mens.* notas cum eorum Calvinismo. Sed iam opinor  
*August.* post tam diuturnam & luctuosissimam experien-  
*an. 1559.* tiam, ipsis etiam puerulis & baiulis constat, fidem  
 principum Calvinistarum qui omnes omnis fidei  
 vere tam sunt inanes quã ignis humoris aut plu-  
 bum leuitatis, siue ea sit fides Valesiana siue Nauar-  
 ræa, siue Iezabelina, siue Aurangiana, siue Truce-  
 siana, siue Condxæana, siue Coligniana, siue denique  
 Calviniana cuiuscunq; generis & sectæ, idẽ pro-  
 fus valere quod fides *Blesensis*, idem quod fides *Dia-*  
*bolaris*, hoc est eam fidem esse millies fide Græca aut  
 Punica infideliorem, cui si quis Catholicus quan-  
 do agitur de Catholica religione fidat, is nõ minus  
 contra rationem & naturam insanit, quam si quis  
 credat (vt inquit poeta.)

*Horat. in*  
*art. poet.*

*Vivere Delphinum in syluis, in stactibus aprum.*

Neque enim ego in his Nauarræi solis actioni-  
 bus tam mordicus hæreo, nec eas adeo vehemen-  
 ter vrgeo, quam eius religionem, eius impiã & im-  
 purissimam heresim, qua imbutus animus necessa-  
 rio ad omne genus perfidiæ & impietatis contra  
 Catholicos & Catholicam fidem naturali quodam  
 nutu & impetu vt leuia sursum grauia deorsum  
 fertur. Istorum quidem nonnulla ab eo perfidiose  
 vt videtur contra iuramentum & pacis conditio-  
 nes perpetrata possunt fortasse aliqua ratione mi-  
 nuï & excusari. Qui enim nuper infœlicem ani-  
 mam exhalauit tyrannus ille Hypocrita, ita cum  
 isto dissimulatorem & preuaricatorem egit, vt for-  
 tasse quas iste vrbes proditorie inuasit, eas ille ma-  
 gis proditorie (vt nuper Niortum) tradidit: quæ iste  
 vi & iniustitia contra regis edicta publicamq; pa-  
 cem egit, ea forsitan non nisi alterius illius volun-  
 tate &



*Certa vis  
de Nauar-  
ras vere  
iudicandi.*

ore & tacita approbatione admisit. Sed certissima  
na & minime fallax est, à rebus effectis ad causas  
efficientes, ab externa specie ad internā conscientia  
verbis, à vultu, ab ore, ad animū, ad mentē, ad in-  
imsecos affectus recurrere. Illa enim nos fallere  
possunt & sæpe sefellerunt: ista nunquam decipiūt,  
ad absq; vlla dubitatione & errore producunt ta-  
as fructus, talia facta & flagitia, quę eius generis ar-  
tores solent parturire & parere. Quare quū Nauar.  
insecus in animo sit hæreticus, Hugonota, Cal-  
anista, hoc est acerrimus & æternus Catholicę  
Ecclesię & religionis hostis, quum tal. m se esse &  
fore, talem se & viuere velle & mori, in istorum  
hominum synodis & cœnis & conuentibus cele-  
brioribus sæpe protestatus sit, ergo necessarium  
est, & ex eo ineuitabili consequentia infertur, in  
omnibus iuramentis & promissis de Catholica  
fide protegenda eum fore ter quaterque periurum  
& mendacem. Neque (quod antea commonui,  
sed iterum repeto quia Spiritus sancti oraculum  
est, & quod idcirco Catholicorum animis altissi-  
me par est insculpi & inhærescere) magis possibile  
est vt talis pertinax hæreticus iuramentum suum  
de fide Catholica tuenda sincere & fideliter præ-  
stet, quam vt eiusdem Catholicę fidei serium as-  
sertorem & vindicem se præbeat Sathanas, qui verus  
est hæreticorum *Pater*, in quibus ille vere opera-  
tur, cuius illi vere sunt *Ministri & serui & mancipia*,  
qui vere eorum corda regit & occupat, eosque *suis*  
*laqueis deminctos & alligatos tenet*, versat, flectit,  
& impellit ad omnem *ipsius voluntatem* exequen-  
dam.

*1. Ioan. 3.  
10.  
Ephes. 2. 2  
2. Corinth.  
11. 5.  
1. Pet. 2.  
19.  
2. Tim. 2.  
20.*

14. Quę quū ita sint, iam deinceps promissis &  
iuramentis Calvinistarū fidere quę ipsi tam varijs  
& recentibus exemplis in Flandria, in Germania,  
in Scotia.

*14.  
Vide supra  
pag. 325.  
326.*



in Scotia, & Anglia docuerunt nihilo esse Siculis  
 gerris aut leuissimis plumis ponderosiora, quæ con-  
 Euangelium docet esse rumpenda & violanda, &  
 quæ illi ipsi iam antea prædicunt & denuntiant se  
 tantum simulare ad Catholicos inescendos & illa-  
 queandos, velle autem statim perfringere vt præmi-  
 quàm captarūt prædam sunt nacti, & credulos Ca-  
 tholicos strangulandi potentiam assecuti: quid est  
 aliud quàm scientes volentes hominum fanatico-  
 rum inlar in manifestum exitium ruere, & ipsis be-  
 stis stupidiore mortem aperitè intetata non decli-  
 nare? Dementissimum siquidem est suspicari eos ve-  
 bi de regno agitur futuros veraces & fideles, qui in  
 rebus multò leuioribus mentiri & peierare adue-  
 uerunt, qui non magis plurima iuramenta quàm  
 totidem vitiosas nuces aut digitorum crepitus alle-  
 mat. Dementissimum est non posse ratiocinari, qui  
 Calvinistæ principes & reges regibus quorum po-  
 tentiam verentur, qui iniurias suas possunt vlcisci,  
 infideles sunt & fœdera quâquam sæpius iurata ne-  
 gligant & irident si quantulacunque rei cõtra eos  
 bene gerendæ apparet opportunitas; eos reges sub-  
 ditis iuramenta extraordinariè requirētibus, quod  
 iurarunt præsturos tum cum subditos habent sup-  
 potestati obnoxios, in quibus hoc ipsum vindice-  
 bunt quod iuramentum postularunt nec simplici  
 verbo habuerunt fidem. Dementissimum est non  
 considerare istos nūquam posse Dei nomen inuo-  
 care religiosius, iurare terribilius, protestari vehe-  
 mentius & flagrantiore in speciem zelo quàm fece-  
 runt ante annos 17. idque Carolo regi, regis fratri-  
 bus, Nuntio Apostolico, Cardinali Borbonio, Pon-  
 tifici Romano totique orbi Christiano, quorum om-  
 nium Maiestatem si contempserunt & ad præsti-  
 nas Calvinismi sordes reuoluti sūt, quæ vel firmio-  
 ra iuranti

*Absurdis-  
 simum &  
 stultissimū  
 est Nanar-  
 vad credere*



ra iurandi & promittendi vincula, vel quas augu-  
 stiores personas iuramentorum testes & tanquam  
 obsides poterunt Catholici Galli in Gallia con-  
 ficere aut confingere? Breuiter dementissimum est,  
 sacramentum & iuramenti religionem ab illis da-  
 tam quicquam pendere, qui omnino nullum ha-  
 bent sacramentum, nullam religionem, nullam fi-  
 dem, nullum verum Deū cuius numine se obtrin-  
 gant. cuius religione se deuoueāt: qui Deum Chri-  
 stianorum reiecerunt, & Deum Turcarum non ag-  
 noscunt, & nullum omnino Deum nisi forte Sata-  
 nam in suis synagogis prædicant. Denique supra  
 quam dici potest insulsum est, & fatuum, & absur-  
 dum, & belluinum, & plane obstupendum est si  
 Caluinistæ adeo sint communis sensus & humani-  
 tatis expertes vt postulare velint Catholicos istis  
 hominibus Nauarræo & Nauarristis hæreticis &  
 hostibus suis credere, quoad mytheria religionis,  
 quoad salutem animarum, quoad fidem Catholi-  
 cam & regnum Gallicanum, quorū fidei ipsi Cal-  
 uinistæ vnus ciuitatule statum noluerunt com-  
 mittere, quos ipsi (inquā) Caluinistæ suspicati sunt  
 fore in vnus Caluinianæ vrbis statu peruertendo  
 fallaces & perfidiosos. Quum enim Nauarræus &  
 Condæus post tot bella pro fide Hugonotica con-  
 tra regen gesta Rochellam inuisere cuperent, non  
 militariter cum exercitu aut turmis aliquibus e-  
 quitum peditumve, sed pacare cum aulico comita-  
 tu; etsi ciuitas illa erat in prouincia Guiennæ &  
 proprie Nauarræi iurisdictioni subiecta, quamdiu  
 tamen Rochellenses aditum ei negarunt. Quam  
 multi internuncij vtro citroque commearunt prius-  
 quam id posset impetrari? Tandem quidem post  
 multam disceptationem conclusum est in Cōcilio  
 Ministrorum & ciuium permittendū ei ingressum,

*Supra cap. s. 7. 10.*

*Ibid. 7. 5.*

*Caluinistæ diffidione Nauarr.*

*LaVal lib. 32. fol. 827. anno 1576.*

Z z sed ita



sed ita vt primū sigillo & chirographo suo firmaret eorum priuilegia, impleque se promitteret ea seruaturum. Secundō vt secum non adduceret comitatum plusquam equitum quinquaginta. Tertiō, vt aliqui ex eorum aula & famulatio quos ipsi nominabant simul cum eo nō ingrederentur. In has condiciones postquā vtrinq; cōsentum fuisset, ita demum vr̄bis videndæ licentiam ei fecerunt. At principi Condæo ingressus antequam permetteretur, longe plures internūcij sunt vtrinq; missi, longe plures condiciones interpositæ, multo plura consilia, consistoria, deliberationes factæ, ciuile pene bellum in ipsa ciuitate excitatū, quæ si quis omnia describeret particulatim, magnâ & prolixâ historiam hæc vnica contrauersia conficeret.

*Tumultus  
Rochella de  
admittendo  
Condæo.  
Ibid. fol.  
844.*

Quū iam ante aliquot dies de aduentu principis Condæi inter Rochellens. contentiose admodum actū fuisset hoc tempore (inquiunt historici) illa dissensiones in dies singulos magis magisque creuerunt. Prætor & alij quidā è ciuibus primarijs separatim sua habebant cōcilia, & in aduentu eius impediēdo vt prius seuerabant: aut saltē in aliud tēpus differri volebat. Contra militares præfecti qui sua cōmuniter tenebant Concilia cum Ministris & Consistorijs, putabant æquius vt admitteretur, & male suspicabantur de Prætorē & alijs huic proposito aduersantibus: & præter Ministros, omnes per fugæ approbant aduentum eius & statuebant quocuoque periculo sese reliquis illis opponere. In quē finem 13. Nouembris suos ad principem miserunt nuncios, orantes ne longius aduentum suum differret, esse enim in vrbe magnū numerum qui fideliter partes eius tueretur. At contra Prætor duos mercatores ad eū misit, petens ne veniret, qui 18. eiusdem mensis die reuersi, literas principis attulerunt prætori &c. Deniq; ad hunc modū itum, reditū, cōsultatum,

*Les resurgit.  
A quelque  
pris que co  
sust.*



tatum, deliberatū, multis diebus adeoq; & septima-  
 nis pugnatum est, distractaq; in diuersas factiones  
 ciuitate, Miūistri & milites quasi cōfertis manibus  
 cum Pratore & suis consiliarijs dimicarunt. Sed  
 tandem tamen vicerunt Ministri, & de eo in ciuita-  
 tem cum suis perpaucis recipiendo consensum est,  
 quanquam conditionibus durissimis, de quibus  
 ipse prolixa oratione propter summam eorum in-  
 dignitatem conqueritur, sed quæ manifesto cōuin-  
 cunt ipsos fratres Calvinianos istis Calvinianis  
 principibus in priuilegijs & politicis rebus ad ciui-  
 tatis suæ quietem pertinentibus nequaquam fide-  
 re. Quis ergo Calvinista modo siccus & sanus po-  
 stulet vt Catholici illis credant quorum fidem ipsi  
 Calvinistæ suspicantur esse falsam & Punicam! Si  
 Calvinistæ illis non committunt exiguam urbem,  
 Catholici illi tradent vniuersum regnum? Si Cal-  
 uinistæ eorum fidem Calvinianam in tot quæstio-  
 nes vocent propter breuem in vrbis moram, an Ca-  
 tholici non multo magis dubitabunt propter per-  
 petuum in eorū opes, & corpora, & animas Impe-  
 rium? Maxime quum illi ipsi iam pridem testati sint  
 se nolle promissis & iuramentis suis obligari: & eo-  
 rum euangelio tam est naturale & ingentum vbi  
 de religione cum Catholicis agitur, decipere, falle-  
 re & fraudare, vt sine hoc articulo nemo verus &  
 absolutus Calvinista esse poterit? Ergo Calvinistæ  
 si aliquid humanæ indolis habeant, ipseque adeo  
 Nauarræus & Nauarristæ si homines sunt cōmuni  
 intelligentia præditi, & non nimis à suis affectioni-  
 bus victi præcipitesque acti, ne moleste ferant Ca-  
 tholicos esse timidos & suspiciosos de eorum inte-  
 gritate, priusquam Calvinianis fratribus meliore  
 de se opinionem impresserint.

15. Deniq; vt à Calvinistis & hæreticis principib. *156*  
 Z z 2 huius

*Vide la Val  
 à pag. 844  
 vsque ad  
 854. &  
 833. &c.  
 Ibid. fol.  
 846. 847  
 &c.*



huius temporis ad omnium temporum principes hæreticos & sectarios ipsamque hæresis naturam transeam, illud vnum Catholici animaduertant velim, neminem fuisse aliquando principem hæreticum alicuius hæresis contagio infectum, quin etiam si erga Catholicos aliquo tempore beneuolentiam simulauerit, eam tamen in immane odium conuertit, vt primum Catholicos euerendi & sectarios suos promouendi oblata fuit occasio. Quod

*Apolozie  
Catholice,*

*Hæretici  
principes  
omnes na-  
tura Ca-  
tholicis in-  
fesi & in-  
fidi.*

eo magis dico ne quis Catholicus Caluinista cauletur hæc me temere ad istum principem calumniandum effundere, & hanc hypocrisim illi facere peculiarem, quæ quidem est illi cum omnibus fere antiquis regibus qui hæresim aliquam serio professi sunt communis, & quod non solum ex impijs hæreticorum moribus, sed ex ipsa quoque hæresis natura fluit & manat. In eccles. primitiua à fide Christiana ad hæresim primò, & deinde ad Gentilismum defecit Iulianus Apollata. Quum autem iam antimo plane Gentilis esset, quis tamen fuit eo similitate & ad aliquod tempus clementior? Qui etiam tum cum Gentilismum augere acri studio moleretur, omnes qui propter religionem regnante Constantio ex-

*Sozo. libro  
5. cap. 5.*

labat reuocauit, populòque precepit ne quis quenquam Christianum vel iniuria afficeret vel contumelia, nèue ad immolandum inuitos traheret. Et tamen cum hac simulatione magis nocuit ecclesie, imo atrocior fuit tyrannus quam uel Maximianus, uel Diocletianus,

*Nazarenz.  
orat. 1. in  
Iulianum.*

vel aliquis antecedentium Gentilium tyrannorum & postquam plene rerum potitus est horribilius quam illi vastabat Christianorum fidem. Quid Valente Arriano ad extremum vitæ diem tetrius, &

*Supra pag.  
233. 234.*

ad Christianos opprimendos peruicacius, qui omnia genera hæreticorum, ipsos etiam Paganos suis frui nefarijs sacris permisit, solis Catholicis Catholicam



licam religionem interdixit? Et tamen hic aliquando quum sibi putaret commodum, Catholici <sup>Naxian. orat. in latid. dem Basilij</sup> clemens fuit & humanus, vsque eo vt ad optimum episcoporum pedes se abijceret, & D. Basilij quem postea crudelissime vexabat, preces, opem, & beneuolentiam magna humilitate exposceret. Anastasius Imperator quoties simulabat & dissimulabat, iurabat & peierabat, nec tamen vnquam hæresim suam propagare & fidem Catholicam labefacere destitit, donec cælesti fulmine extinctus est. Hæc Catholicæ fidei & ecclesiasticæ vnitatis ad tempus simulatione Humericus rex in Africa, & Vittiza rex in Hispania reges Arriani valde attriuerunt Christianos: Ioannes in Anglia & Henricus atq; Fredericus in Germania schismatici grauius oppresserunt Catholicos, & maiora prouincijs illis importarunt damna quam aperti & externi hostes vnquam inferre potuerunt. Nonnulli Græcorum Imperatores hæretici eandem viam ingressi sunt, in quibus singulis ne insistam, fortasse ea generalis est regula & quæ nullam exceptionem patitur, Si quis vlla ætate Princeps derelicta fide Catholica hæresim quamcunq; serio amplexus est <sup>Regula generalis de regibus hæreticis.</sup> deinceps fæderum & promissorum quæ cū Catholicis pepigerat nullam rationem, curam nullam habuit, sed fidē suam quibuscunq; datam, & quamque religione deuinctam inflexit, variauit, & commutauit ad sectę & sectariorum suorum commodum: quod longo catalogo veterum hæreticorum, & non minus proluxa serie nostri temporis hæresiarcharum promprum esset ostēdere, & haud scio an vel vnica opponi potest huic regulæ generali exceptio. Et quid aliud ab eis expectandum est quos spiritus sanctus per Apostolum suum iterum atq; iterum descripsit fore *ingratos, scelestos, sine paci,*  
 Z z 3                      *absque*



*Ro. 1. 31. absque fœdere: quos ecclesia à spiritu sancto instructa  
 2. Corinth. 3. 3. semper numeravit inter infideles, & æstimavit infide-  
 4. 11. 0. lium pessimos & nequissimos: quos Christus prædi-  
 pag. 176. xit venturos in vestimentis ouium, omnem nimirum  
 &c. suauitatem & mansuetudinem quasi simplicitatē  
 Matth. 7. & balatum ouium præferendo, intus autem fore le-  
 35. pos rapaces, qui vt primum ea hypocriti & ouinæ vi-  
 cis imitatione caulas fuissent ingressi, credulos o-  
 ues erant mactaturi & crudeliter dilaniaturi: quos  
 ipsa hæresis natura vi sua & necessitate quadā im-  
 pellit ad exorbendum Catholicorum sanguinem, quos  
 ipsa hæresis necessario facit perfidos & fractu-  
 fragos, qui quum fidem in ecclesia per baptismum  
 & sacramēta datā Christo Domino fregerint, quis  
 sanæ mentis putet eos esse posse Christianis Christi-  
 sti seruis fideles? Quamobrè quamdiu Nauarræ  
 aperte est Calvinista & Catholicorū hostis, tam diu  
 aperte est lupo, sine aliquo inuolucro dominici o-  
 uilis prædo est & persecutor manifestus. Si (vt iam  
 à suis ministris edocetur) lenitatem præterdit & æ-  
 quabilem non minus fidei Catholicæ quam Calu-  
 nistica defensionem, neq; velle se conscientiam con-  
 quam premere (quæ erat Anglorum, & Flandrorū, &  
 Scotorum ante stabilitam tyrannidem suam vul-  
 garis cantilena) ita quoq; est lupo sed vestimentis o-  
 uium indutus, à quo non minus quam à priori cauere  
 iubet Christus. Quod si Catholici Galli nec his  
 tam perspicuis oraculis Christi & Spiritus sancti,  
 nec antiquis hæreticorum principum factis, nec  
 nouis experimentis & vulneribus istorum Caluista-  
 rum in Scotia, in Anglia, in Flandria & Germania,  
 potissimum in Francia quæ adeo recentia sunt, &  
 adhuc copioso sanguine manant, & in oculis eo-  
 rum incurunt, & in tot urbium suarum, templorū,  
 arcium, conciuum tota Gallia vastationibus, sa-  
 crilegijs,*

Conclusio  
 vera &  
 notanda.

In edito à  
 S. Clou,  
 mense Au-  
 gusto, anno  
 1583.

Matth. 7.  
 35.



crilegijs, ruinis, incendijs, & stragibus perspiciuntur edocti cauere volunt ne Calvinisticum iugum suis cervicibus imponi patiantur: si deinceps sub eo iugo gemant, si spolientur, si profligentur in exterarum regiones, si (vt in Anglia) Nobiles propter vnicam Missam auditam euersi bonis omnibus carceribus includantur, si propter confessionem fidei Catholici securi carnificis cervices suas tanquam perduelles cogantur præbere; denique si cadantur, si iugulentur, si dissecentur in partes, & ad portarum fastigia pascendis coruis eorum membra suspendantur, quod est in Anglia vsitatissimum, & quas Anglorum leges in Galliam traducendas istorum principum antecursores Ministri & scriptores Hugonotici, omniaq; Nauarræ dicta, facta, mores, & in regno Biernenfi leges acerbissimæ contra Catholicos & Catholicam religionem positæ, clarissime & euidentissime præsignificant: si in hanc vicinorum suorum tyrannicam & corporis & animæ seruitutem cadant Catholici Gallicani tot documentis ad sibi præcauendum frustra admoniti, quis tandem eorum conditionem dolebit, quis calamitatem & miseriam lamentabitur?

Conclusio ad præcipuas quasdam familias & Ordines regni Gallicani.

CAPVT XI.

1. Quamuis homini externo optandum sit hereticum effici Gallia regem, ex quo sequutura est eiusdem regni in varias partes distractio, & principibus vicinis ditiorum suarum amplificatio: tamen homo Christianus propter ecclesie fideique Christiana bonum magis debet eius conseruationem sub